ues qui vehiculum trahebant rota obtriue
runt: ⁊ confeſtim palpitauit expirās. Hunc
mater arreptū ad eandē memoriā poſuit: ⁊
nō ſolū reuixit: verū etiā illęſus apparuit.
Sanctimonialis quedā in vicina poſſeſſio- G
ne que caſpilina dicit̄: cū ęgritudine labora
ret ac deſperaret̄: ad eandē memoriā tunica
eiꝰ allata eſt. Que anteq̄ reuocaret̄: illa de-
functa eſt. Hac tn̄ tunica operuerunt cada-
uer eiꝰ parētes: ⁊ recepto ſpiritu ſalua facta
eſt. Apud hipponē baſſus q̄dam ſyrus ad H
memoriā eiuſdē martyrꝭ orabat ꝓ ęgrotāte
⁊ periclitante filia: eoq; ſecum veſtem eius
attulerat: Cū ecce pueri de domo occurre-
rūt: qui ei mortuā nunciarēt. Sed cum orā-
te illo ab amicis eiꝰ exciperent̄: ꝓhibuerūt
eos illi dicere: ne ꝑ publicū plangeret̄. Qui
cum domū rediſſet iam ſuorū eiulātibꝰ per-
ſonantem: et veſtem filię quā ferebat ſuper
eā proieciſſet: reddita eſt vitę. Rurſum ibi- I
dem apud nos hyrenei cuiuſdā collectarij
filius ęgritudine extinctꝰ eſt. Cumq; corpus
iaceret exanime: atq; a lugentibus ⁊ lamen
tantibus exequię pararent̄: amicorum eiꝰ
quidam inter aliorum conſolantium verba
ſugeſſit vt eiuſdē martyris oleo corpus per
ungeret̄. Factū eſt: ⁊ reuixit. Itemq; apud I
nos vir tribunitius eleuſinius ſuꝑ memo-
riā martyris q̄ i ſuburbano eiꝰ ē ęgritudine
exanimatū poſuit infantulū filiū: ⁊ poſt ora
tionē quā multā cū lachrymis ibi fudit: viuē
tē leuauit. Vzali etiā q̄ colonia vtice vicina K
eſt: multa ꝓclara ꝑ eundem martyrem facta

cognouimus: cuius ibi memoria longe pri-
uſq apud nos ab epiſcopo euodio ꝯſtituta
eſt. Cū enī nuꝑ illic eſſem⁹: petroniā clariſſi
mā fęminam quę ibi mirabiliter ex magno
atq diuturno: in quo medicorū adiutoria
cūcta defecerāt languore ſanata eſt: horta-
ti ſumus volente ſupradicto loci epiſcopo
vt libellū daret qui recitaret in populo: et
obedientiſſime paruit. In quo poſuit etiā
quod hic reticere nō poſſum. A quodā iu-
dęo dixit ſibi fuiſſe ꝑſuaſum: vt anulum ca-
pillatio vinculo inſereret: quo ſub omni ve
ſte ad nuda corporis cingeret: qui anulus
haberet ſub gemma lapidē in renib⁹ inuen
tum bouis. Hoc alligata quaſi remedio: ad
ſancti martyris limina veniebat. Sed ꝓfe-
cta a carthagine: cū in cōfinio fluminis ba-
grade in ſua poſſeſſione māſiſſet: ſurgēs vt
iter ꝑageret: ante pedes ſuos illū iacentem
anulū vidit: ⁊ capillatiā zonā qua fuerat al
ligatus mirata tēptauit. Quā cū omnino
ſuis nodis firmiſſimis ſicut erat cōperiſſet
aſtrictā: crepuiſſe atq exiliuiſſe anulū ſuſpi
cata eſt. Qui etiā ipſe cū integerrim⁹ fuiſſet
inuentus: futurę ſalutis quodāmodo pign⁹
de tanto miraculo ſe accepiſſe ꝓſūpſit: atq
illud vinculū ſoluens: ſimul cū eodē anulo
ꝓiecit in flumen. Nō credent hoc q etiā do-
minū ieſum per integra virginalia matris
enixum: ⁊ ad diſcipulos oſtijs clauſis in-
greſſum fuiſſe nō credunt. Sed h certe quę-
rāt: ⁊ ſi verū inuenerint: credāt. Clariſſima
fęmina eſt: nobiliter nata: nobiliter nupta:
Carthagini habitat: ampla ciuitas: am-
L pla ꝑſona: rē quęrētes latere nō ſinit. Vnū
eſt apud nos factū nō maius q illa q̄ dixi:
ſed tam clarū atq illuſtre miraculū: vt nul-
lū arbitrer eſſe hipponenſiū qui hoc nō vel
viderit vel didicerit: nullū qui obliuiſci vl-
la ratiōe potuerit. Decē quidē fratres: quo
rū ſeptem ſunt mares: tres fęminę de cęſa-
rea cappadocię ſuoꝝ ciuiū nō ignobiles: ma
ledicto matris recenti patris eorū obitu de-
ſtitutę: quę iniuriā ſibi ab eis factā acerbiſſi
me tulit: tali pęna ſunt diuinit⁹ coërciti: vt
horribiliter quaterent omnes tremore mē-
brorum. In qua fędiſſima ſpecie oculos ſu-
orū ciuiū nō ferentes: quaquauerſum cuiq
ire viſum eſt: toto pene vagabant orbe ro-
mano. Ex his etiam ad nos venerunt duo
frater ⁊ ſoror: paul⁹ ⁊ palladia: multis alijs
locis miſeria diffamāte iam cogniti. Vene-
runt autem ante paſcha ferme dies quinde
decim: eccleſiā quotidie ⁊ in ea memoriam
glorioſiſſimi ſtephani frequentabant: oran
tes vt iam ſibi placaret deus: ⁊ ſalutem pri
ſtinam redderet. Venit ⁊ paſcha: atq ipſo
die dominico mane cum iam frequēs popu
lus pręſens eſſet: ⁊ loci ſancti cancellos vbi
martyriū erat: idem iuuenis orans teneret:
repente ꝓſtratus eſt: ⁊ dormienti ſimillim⁹
iacuit: nō tn̄ tremens ſicut etiā ꝑ ſomnū ſo-
lebat. Stupētibus qui aderant: atq alijs
pauentibus: alijs dolentibus: cū eū quidā
vellent erigere: nōnulli ꝓhibuerunt: ⁊ poti⁹
exitum expectandū eſſe dixerūt. Et ecce ſur
rexit ⁊ nō tremebat: quoniam ſanatus erat
⁊ ſtabat incolumis intuēs intuētes. Quis
ergo ſe tenuit a laudibus dei? Clamātium
gratulantiumq vocib⁹ eccleſia vſquaq
completa eſt. Inde ad me currit vbi ſede-
bam iam ꝓceſſurus: irruit alter quiſq poſt
alterū: omnis poſterior quaſi nouum quod
alius prior dixerat nunciantes: meq gau-
dēte ⁊ apud me deo gratias agente: ingre-
ditur etiam ipſe cum pluribus: inclinatur
ad genua mea: erigit ad oſculū meū. Pro-
cedimus ad populum: plena erat eccleſia: ꝑ
ſonabat vocibus gaudiorū: Deo gratias:
deo laudes: nemine tacente hinc ⁊ inde cla-
mantium. Salutaui populum. ⁊ rurſus ea-
dem feruentiori voce clamabāt. Facto tan-
dē ſilentio: ſcripturarū diuinarum ſunt le-
cta ſolennia. Vbi autē ventum eſt ad mei
ſermonis locū: dixi pauca ꝓ tempore: ⁊ pro
illius iocunditate lęticię. Nobiſcum homo
prandit: ⁊ diligēter nobis omnē ſuę frater-
nęq ac maternę calamitatis indicauit hi-
ſtoriam. Sequenti itaq die poſt ſermonem M
redditum: narrationis eius libellum in cra-
ſtinum populo recitandum ꝓmiſi. Quod
cum ex dominico paſchę die tertio fieret: in
gradibus exedrę in qua de ſuperiore loque
bar loco feci ſtare ambos fratres. Cum coꝝ
legeretur libellus: intuebatur populus vni
uerſus ſexus vtriuſq vnum ſtantē ſine de-
formi motu: alteram in membris omnibus
contrementem: et qui ipſum non viderant
quid in eo diuinę miſericordię factum eſſet:
in eius ſorore cernebant. Videbant enim
quid in illo gratulandum: quid ꝓ illa eſſet
orādum. Inter hęc recitato eorum libello:
de cōſpectu populi eos abire ꝓcepi: ⁊ de to-
ta ipſa cauſa aliquanto diligentius ceperā

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

diſputare. Cum ecce me diſputante voces
alię de memoria martyris noue gratulatio-
nis audiunt: cōuerſi ſunt eo qui me audie-
bant: ceperuntq̨ cōcurrere. Illa eñ vbi de
gradibus deſcendit in quibus ſteterat: ad
ſanctū martyrē orare pregerat. Que mox
vt cancellos attigit: collapſa ſimiliter ve-
lut in ſomnū ſana ſurrexit. Dum ergo requi
reremus quid factū fuerit: vnde ille ſtrepi-
tus lętus extiterit: ingreſſi ſunt cū illa in ba
ſilicam vbi eramus: adducentes eam ſanā
de martyris loco. Tū vero tātus ab vtroq̨
ſexu admirationis clamor exort⁹ eſt: vt vox
cōtinuata cū lachrymis nō videret poſſe fi-
niri: perducta eſt ad eum locum vbi paulo-
ante ſteterat tremens: exultabant eam ſi-
milem fratri: cui doluerant remanſiſſe diſſi
milem: ⁊ nondū fuſas p̄ces ſuas ꝑ illa: iam
tamen ꝓuiam voluntatē tam cito exauditā
eſſe cernebant. Exultabant in dei laude vo
ce ſine verbis tanto ſonitu: quātum noſtrę
aures ferre vix poſſent. Quid erat in cordi-
bus exultantium: niſi fides chriſti ꝓ quo ſte
phani ſanguis effuſus ē? Cui niſi huic fidei
atteſtāt iſtam iracula: in qua predicat chri-
ſtus reſurrexiſſe in carne: ⁊ in cęlū aſcēdiſſe
cū carne? Quia ⁊ ipſi martyres huius fidei
martyres: id eſt hui⁹ fidei teſtes fuerūt.

## De ſancto iohanne apoſtolo.

## In feſto ſancti iohannis apoſto-
li et euāgeliſte: Homelia de eo qđ
Joh.21. ſcriptū eſt in euāgelio eiuſdē: Dixit
ieſus petro: Sequere me ⁊c. que
habet i expoſitiōe doctoris Ibidē

## De ſanctis Innocentibus.

## Ser.VIII In feſto ſanctorum Innocentū. Sermo I

A
Ps.75. c Redimus iudeis quia notus aliq̄n
in iudea deus: ⁊ ipſi id negant pro-
pter quod credimus q: nō patrem
nouerunt qui filium negāt. Unū dominū
cōmunis natura teſtat: q: vnus ē mūdus.
Unum deū ſignificat: q: vna eſt fides noui
⁊ veteris teſtamēti. Unū ſpiritūſanctū gra
tia teſtat: q: vnū baptiſmū in noie trinita-
tis; dū ꝓphetę dicūt: apoſtoli audiūt. Unū
Matth.2. deū magi crediderūt: aur thus ⁊ myrrham
ſupplices ad chriſti cunabula detulerunt.
Aurū ⁊ thus ⁊ myrrha: paſtores: magi: ma-
chęra: vt cruentis victimis infantiū ęterna
repleant altaria: vbi cū paruuli victimant:
matres miſerę lamētant. Naſcēte dño: lu-
ctus cępit: nō cęlo ſ mūdo. Indicit matri-
bus lamētatio: angelis exultatio: infantib⁹
trāſmigratio. De⁹ eſt q̄ natus eſt: innocen-
tes illi debent victima q̄ venit dānare mū-
di malitiā. Agnelli debēt imolari: q: agnus
futurus eſt crucifigi q̄ tollit peccata mundi.
Sed oues vlulāt matres: q: agnos ꝑdunt
ſine voce balātes. Grande martyriū: crude
le ſpectaculum. Eximit machęra: ⁊ nulla in- B
teruenit cauſa. Sola ſtridet iuidia: cū q̄ na-
tus eſt nulli faciat violētiā. Sed oues cerni
m⁹ matres q̄ ſuperāt agnos lugētes. Vox Hiere.31.
in rama audita eſt: plorat⁹ ⁊ vlulat⁹ magn⁹.
Pignora ſunt nō credita ſed creata: nō de-
poſita ſed expoſita. Teſtis eſt ipſa natura
q̄ pugnabat in martyres: cū tyrānus iacta-
ret infantes. Mater crines capitis diſſipa-
bat q̄ ornamētū capitis amittebat. Quan-
tis modis infantē volebat abſcōdere: ⁊ ipſe
ſe infantulus publicabat. Neſciebat tacere
q: necdū didicerat formidare. Pugnabat
mat ⁊ carnifex. Ille trahebat: illa tenebat.
Ad carnificē mat clamabat: Quid ſeparas
a me: quē genui ex me? Uterus genuit: nō
māſit ille cū vixit: vbera mea fruſtra lacte
cōtorquet: caute portaui quē a te video ma
nu crudeli iactari. Modo eū effuderunt vi
ſcera mea: ⁊ tu elidis ad terram. Alia accla
mabat mat: cū exactor latro non cōpelleret
ſimul occidi cū paruulo matrē: vt qđ me di
mittis inanem? Si culpa eſt: mea eſt. Si nō
eſt crimē: iunge mortē: ⁊ libera matrē. Alia
dicebat: Quid q̄ritis? Unū quęritis ⁊ mul-
tos occiditi: ⁊ ad vnū qui vn⁹ eſt attingere
nō poteſtis. Alia de cōtra clamabat: Ueni
iam: veni ſaluator mūdi. Quādiu q̄reris:
nullū times: videat te miles: ⁊ nřos nō oc-
cidat infātes. Miſcebat lamētatio matrū:
⁊ ad cęlū trāſibat oblatio paruuloꝝ. Sed il
le q̄ agnū tēptauit: ipſe ꝑ herodē agnulos
iugilauit. Manet auctori ⁊ miniſtro ſuppli- C
ciū: diaboli ⁊ herodis iudiciū: cū iſta reſur-
rectio cęperit mortuoꝝ. Herodes qđ putas
acturus eris qñ ꝯ te tantorū claſſes infan-
tiū iudiciale cęperint exercere litigiū? Inue
nies clarā linguā: magnā vocē: mēſurā ꝑfe-
ctā: oēs inuenies cādidatos: in menſuram Eph.4.
ętatis plenitudinis chriſti fulgētes. Cū ſta
re cęperint ante eum quem putaueras occi-
dendū: ꝓ quo fuderunt ſanguinē p̄cioſum:

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Ipſum videbis throno igneo p̄ſidētē: illos
ſoliū dominicū circūdantes: candore rubeo
ſplendētes ,ppter candidā etatem ⁊ ſangui
nem paſſionis. Quid acturus es? quid di-
cturus? Tacebis reus: dum tātus cantabit
Apocl.6. exercit⁹ ſanctorū: Uindica ſanguinē ſeruo-
Ps.78. rū tuorū qui effuſus eſt: Introeat in cōſpe-
ctu tuo gemitus cōpeditorꝫ: ipſo iuuante q̄
cū patre ⁊ ſpirituſancto viuit ⁊ regnat per
omnia ſecula ſeculorū Amen.

## Ser.IX. In eodem feſto: Sermo II

hriſto igit̄ ſcđm ,pphetię fidem na
Matth.2. C to in bethleem iudę: tēporib⁹ hero-
dis regis: de orientis partibus ad-
uentantes quidā viri ex magorū gente: per
cūctant̄ ab herode vbi nā eſſet rex qui nup
natus eſt iudęorum: affirmantes vidiſſe ſe
ſtellā eius in oriente: quę ſibi etiā dux itine
ris extitiſſet: cauſam vero tantę ,pperatio-
nis adorandi ac venerandi nup editi regis
eſſe. Quibus ille auditis incredibiliter de-
terret̄: timens ⁊ verens ne ſtatus ſui peri-
clitaret̄ imperij: Aduocatis accerſitiſq; le-
gis doctoribus requirens ꝑcunctat̄ vbi nā
Michee.5. chriſtū naſci ſperarent. Ut vero ex michee
oraculus locus natiuitatis ei⁹ apud beth-
leem deſignatus eſt: vno p̄cepto rex oēs la-
ctētes pueros: nō ſolū apud bethleem: ſed
⁊ in omnibus eius finibus a bimis ⁊ infra:
ſcđm tempus qđ explorauerat a magis in-
terimi iubet: ſi quo mō etiā ieſum cū eque-
uis poſſet extinguere. Sed p̄uenit regis in-
ſidias puer adductus in egyptū: parentib⁹
de dolo regis angelo p̄nunciante cōmoni-
tis. Deceptus itaq; herodes rex ⁊ illuſus a
magis: mittit ī bethleem ⁊ in oēs fines ei⁹
B vt interficiant̄ pueri a bimatu ⁊ infra. Occi
dunt̄ ,p chriſto paruuli: ,p iuſticia morit̄ in-
nocentia. O beata ętas: quę necdum chri-
ſtum poteſt loqui: ⁊ iam ,p chriſto meretur
occidi. Nondū oportuna vulneri: ⁊ iam ido
nea paſſioni. O feliciter nati: quib⁹ in pri
mo naſcendi limine eterna vita obuiā ve-
nit. Incurrunt quidē inter ipſa primordia
acceptę lucis periculū ⁊ finē ſalutis: ſed de
ipſo ,ptinus fine capiunt principia eternita
tis. Immaturi quidē vident̄ ad mortē: ſed
feliciter moriunt̄ ad vitā. Uix dū guſtaue-
rant p̄ſentem: ſtatim trāſeunt ad futuram.
Nondum ingreſſi infantię cunas: ⁊ iam ꝑ-
ueniunt ad coronas. Rapiunt̄ quidē a cō-
plexibus matrum: ſed reddunt̄ gremijs an
gelorum. Nihil ergo egiſti ferociſſime au- C
ſteritatis audacia: potes martyres facere:
chriſtum nō potes inuenire. Putabat ſe in-
felix tyrannus domini ſaluatoris aduentu
regali ſolio detrudēdū: Sed nō ita eſt. Nō
ad hoc venerat chriſtus vt alienam gloriā
inuaderet: ſed vt ſuam donaret. Nō inquā
ad hoc venerat chriſtus vt regnum terreſte
p̄riperet: ſed vt celeſte donaret. Non vene-
rat ad poteſtates dignitateſq; rapiendas:
ſed ad contumelias ⁊ iniurias pferendas.
Non ad hoc venerat vt ſacrum illud caput
ad diadema gemmatū: ſed vt ad coronam
ſpineam p̄pararet. Non inquā ad hoc ve-
nerat vt conſtitueret̄ ſupra ſceptra magnifi
cus: ſed vt crucifigeret̄ illuſus. Naſcente er D
go domino cōturbat̄ herodes: ⁊ omnis hie
roſolyma cū eo. Quid mir: ſi pietate naſcē
te pturbet̄ impietas? Ecce iacentem in p̄ſe
pio ptimeſcit armatus: cōtremiſcit humilē
rex ſupbus: obuolutū pannis metuit pur-
puratus: cū ſimulatione alloquit̄ magos:
Ite inquit requirite de puero: ⁊ cū inuene- Matth.2.
ritis renunciate mihi: vt ⁊ ego veniens ad-
orem eū. Simulabat adorare ſe velle: quē
conabat̄ occidere. Sed non timet veritas
falſitatis inſidias. O ceca feritas: quę cre-
debat ꝙ deprehendere dominū fraudibus
poſſet. Ecce cuius terra celumq; oſtēdebat
aduentum: qui paſtorū nō latebat ſimplici
tatem: quē magi de extrema veniētes ethi-
opię parte merent̄ agnoſcere: dolis ſuis ad
illum non poteſt rex ſacrilegus peruenire.
Fallitur ergo ſtulti furor tyranni: chriſtum
non poteſt inuenire perfidia: quia deus nō
crudelitate ſed credulitate querendus eſt:
qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorū Amē.

## In eodem feſto: Sermo III Ser.X.

Odie fratres chariſſimi natalem il- A
h lorum infantum colimus quos ab
herode crudeliſſimo rege interfe- Matth.2.
ctos eſſe euāgelij textus eloquitur. Et ideo
cū ſumma exultatiōe gaudeat terra celeſtiū
militum et tantorum parens fecunda vir-
tutum. Ecce prophanus hoſtis nūquā bea
tis paruulis tm̄ ,pdeſſe potuiſſet obſequio:
quātū ,pfuit odio. Nā ſicut ſacratiſſimum
preſentis diei feſtum manifeſtat: quantum
in beatos paruulos iniquitas abundauit:

tantū in eis gratia b̄ndictionis refudit. Be
ata es o bethleem terra iuda q̃ herodis re-
gis immanitatē in puerorū extinctione per-
peſſa es: quę ſub vno tēpore candidatā ple
bem imbellis infantię deo offerre meruiſti.
Digne tū natalem illoꝝ colimus: quos bea
tius ęternę vitę mūdus edidit: ꝙ̄ quos ma-
ternorū viſcerū partus effudit. Siquidem
ante vitę ꝑpetuę adepti ſunt dignitatē: ꝙ̄
vſuram p̄ſentis acceperint. Aliorum quidē
p̄cioſa mors martyrū laudem in cōfeſſione
ꝓmeruit: horū in conſūmatione cōplacuit.
Quia ſcipiētis vitę primordijs ipſe eis oc-
caſus initiū glorię dedit: qui p̄ſentis termi-
num impoſuit. Quos herodis impietas la
ctētes matrū vberibꝰ abſtraxit: qui iure di-
cunt martyrū flores: quos in medio frigore
infidelitatis exortos: velut primas erūpen-
tes eccleſię gēmas quedā pſecutionis prui-
na decoxit. Et ideo dignū eſt interfectis ꝓ
chriſto infantibꝰ honores impendere ceri-
monias non dolores: ſacramentis dare vo
ta nō lachrymis: q: ipē illis fuit cauſa pęnę
qui extitit τ coronę: ipſe odiū cauſę qui p̄-
B miū. Parāte aūt herode paruulis necē: io-
Math. 2. ſeph ꝑ angelū admonet: vt chriſtū dn̄m no
ſtrū in ęgyptū transferat: ęgyptū idolis ple
nā. Nā poſt iudęoꝝ pſecutionē τ ad occidē
dū chriſtū ꝓphanę plebis aſſenſum: chriſtꝰ
ad gentes idolis deditas trāſire dignat: τ
iudęā relinquēs ignoranti ſęculo colendus
infert. Et quia ex ſcripturis diuinis fratres
chariſſimi: bonos τ iuſtos viros pſecutio-
nē malorū ſemꝑ ſuſtinuiſſe cognoſcimus: ſi
diligenter cōſideramꝰ: inueniemꝰ illos ma-
iora ſupplicia ſuſtinere. Omnis eñ homo
q̄ aliū in corpore perſequit: prius ipſe in cor
de pſecutionē ſuſtinere cognoſcit. Nam ſi
etiā illi quē pſequit aliquid de ſubſtantia
ſua tulerit: maius ſibi ipſe diſpēdiū facit: q:
nemo habet iniuſtū lucrum ſine iuſto dam-
no. Ubi lucrū τ ibi damnū: lucrum in arca:
damnū in conſcientia. Tulit veſtē τ ꝑdit fi-
C dē: acquirit pecuniā τ ꝑdit iuſticiā. Sed h̄
homines ideo faciūt: q: diem nouiſſimū at-
tēdere nolūt. Si enim diē mortis ſuę cogi-
tare iugiter vellent: animū ſuū ab omni cu-
piditate vel malicia cohiberent. Sed quod
modo nolūt ſalubriter cogitare: neceſſe ha-
bent poſtea ſine vllo remedio ſuſtinere. Ue
niet eñ illis dies nouiſſima: veniet dies iu-
dicij: quādo eis nec pęnitentiā licebit age-
re: nec bonis operibꝰ ſe ab ęterna morte po
terūt redimere: q: ꝑcutit etiā hac animad-
uerſione peccator: vt moriēs obliuiſcat ſui
qui dum viueret oblitꝰ eſt dei. Ueniet dies
iudicij: quando mouebunt fundamēta mō-
tium: τ ardebit terra vſq3 ad inferos deor-
ſum: quādo cęli ardentes ſoluent: quando
ſol obſcurabit: τ luna nō dabit lumen ſuū: Math. 24.
quādo ſtellę cadent de cęlo: quādo peccato
res τ impij mittent in ſtagnū ignis: τ fumꝰ Apoc. 14
tormentorū illorū aſcendet in ſecula ſeculo-
rū: vbi fletus τ ſtridor dētiū. Ueniet tēpus Math. 8.
fratres chariſſimi: q̄n nulli bono erit male:
nulli malo erit bene. Ueniet inquā nouiſſi-
ma dies: quādo diſcernūt pij ab impijs: iu
ſti ab iniuſtis: laudatores dei a blaſphema
toribus dei. Ueniet τ quando diſcernunt:
vt nulli: ſicut dictū eſt: bono ſit male: nulli
malo ſit bene. Quare ꝙ̄ modo nō ſic? Forte
τ modo ſic. Sed qḋ nūc eſt in occulto: tunc
erit in manifeſto. Lege ſcripturā diuinā: in
gredere mecū ſi potes in ſanctuarium dei:
forte ibi ſi poſſum docebo te: imo diſce me-
cū ab eo qui docet me: etiam nūc nō eē ma
lis bene: τ meliꝰ eſſe bonis ꝙ̄ malis: quāuis
nōdū venerit bonoꝝ plena fęlicitas: nōdū
ꝙ̄ venerit malorū pęna nouiſſima. Si legē
dei diligenter attendis: forte intelligis me-
cū nō eſſe bene malis. Rogo eñ te τ quęro D
abs te: tibi quare malū eſt? Reſpōſurꝰ es:
Egeſtas angit: p̄mit difficultas: dolor for-
taſſe mēbrorū: timor ab inimico. Tibi ideo
male eſt quia pateris mala: τ bene eſt illi q̄
eſt ipſum malum? Multū intereſt inter ma
lū pati: τ malum eſſe. Tu qḋ pateris nō es:
malū eñ pateris: ſed tu malus nō es: Ille
hoc malū non patit τ malus eſt. Noli ergo
falli: Non poteſt fieri vt tibi male ſit q: pa-
teris malū: τ illi bene ſit qui ē malus. Cum
eñ malus eſt: putas q: nō patit malum cū
patit ſeipſum? Tibi male eſt quia malū alie
num pateris in corpore tuo: τ illi bene eſt q̄
malum ſeipſum patit i corde ſuo? Tibi ma
le ē qui forte malam habes vitā: τ bene eſt
illi qui malam habet animā? Eſto bonus q̄ De xbis dn̄i
habes bona. Bonę ſunt diuitię: bonum eſt Ser. 12. b.
aurum: bonū eſt argentū: bonę familię: poſ
ſeſſiones. Omnia iſta bona ſunt: ſed vnde
facias bene: nō quę te faciāt bonū. Habe-
to bona: quę te faciāt bonum. Quę ſunt in
quis iſta? Fac iudiciū τ iuſticiā. Bona ſunt
quę habes: Fac iudiciū τ iuſticiā. Eſto τ tu

bonus int̃ bona tua: erubeſce bonis tuis.
Eſto bonus manſurus inter bona peritura:
erubeſce bonis tuis. Noli eſſe malus ĩ eis:
E ne pereas cũ eis. Ita ergo aurũ ⁊ argẽtum
diſtribuit hominib⁹ cõditor rerũ ⁊ admini-
ſtrator deus: vt ipſum p̃ ſe natura ⁊ genere
ſuo bonũ ſit: copia vero ei⁹ nõ extollat bo-
De xbis dñi Ser. 6. g. nos: nec elidat inopia. Malus aũt homo ⁊
cum offert̃ excecat̃: ⁊ cũ auferẽ excruciat: q̃
In li. 50. homel. 5. a. ⁊ cũ acquirũt̃ diuitie falſam leticiã tribuũt:
⁊ cũ pdũt̃ verã triſticiã derelinquũt. Diſca-
mus amare veras diuitias: id ẽ caſtitatem
⁊ iuſticiã: pacẽ ⁊ miſericordiã. Iſte eñ iuſte
dicunt̃ diuitie: q̃ bonis meritis iuſtiſq; tri-
buunt̃. Ille vere dicũt̃ diuitie: q̃ quiſquis
eas habuerit nõ egebit: dũ iuxta apl̃m: ha-
1. Timoth. 6. bens victũ ⁊ veſtitũ his cõtẽtus eſt. Iſtas
vero terrenas diuitias: iniuſtũ eſt putare
diuitias: que non auferũt egeſtatẽ. Tantũ
eñ magis quiſq; ardebit egeſtate auaricie:
q̃tomagis eas diligens maiores habuerit.
Quomodo ergo ſunt diuitie quib⁹ creſcat
inopia: que amatorib⁹ ſuis quantũ fuerint
ampliores nõ afferunt ſacietatẽ: ſed inflam
mãt cupiditate diuitẽ? Tu putas q̃ min⁹
indigeres: ſi min⁹ haberes. Unde bene qui
dã dixit: Creſcit amor nũmi: quãtũ ipa pe-
cunia creſcit. Cũ pecunie eñ incremento ra
F bies cupiditatis auget̃. Nã oẽs auari vel cu
pidi velut hydropis morbo egrotare vidẽ-
tur. Quomodo eñ hydropic⁹ q̃tũ plus bi
bit: tantũ amplius ſitit: ita auarus vel cupi
dus acquirẽdo nõ ſatiat̃. Nos vero fratres
cogitantes peregrinos nos ⁊ hoſpites eſſe
in hoc ſeculo: hoc tantũ qd̃ ad victũ ⁊ veſti-
tũ opus eſt nobis in itinere vite iſti⁹ reſer-
uemus: ⁊ quãtũ poſſum⁹ in eternã beatitu-
dinẽ p̃ elemoſynã paupez dirigam⁹: vt cũ
in die iudicij cupidi ⁊ auari p̱ ſterilitate bo
Matth. 25. noz opez audire meruerũt: Diſcedite a me
maledicti in ignẽ eternũ: nos p̱ bonis ope-
ribus audire poſſim⁹: Uenite benedicti p̱-
cipite regnũ: q̃ eſuriui ⁊ dediſtis mihi man
ducare: ſitiui ⁊ dediſtis mihi bibere: nudus
fui ⁊ operuiſtis me. Ad iſtã benedictionẽ vos
dñs ſub ſua p̱tectione perducat: cui eſt glo
ria in ſecula ſeculorũ Amen.

## In eodem feſto: Sermo IIII

Sermo. XI. A
Q Uotienſcunq; fratres ſanctoz mar
tyria celebram⁹: totiens laudes ſal-
uatoris edicimus: ⁊ quotiens eorũ
aſſerimus paſſiões: totiẽs chriſti gloriã p̱di
camus. Nõ eñ ſuſpicim⁹ qd̃ paſſi ſunt: ſed
p̱pter quem paſſi ſunt admiramur. Igitur
non pena in laude: ſed fides eſt in honore.
Magnificamus ergo martyres: ſed p̃cipue
illos qui naſcẽte chriſto in ipſo exordio nõ
loquendo ſed moriendo cõfeſſi: ad regna p̱-
petua ceteros p̃uenerũt. Uidete aũt quem
idẽ locũ apud homines mereant̃: qui apud
deum locũ ſub altario meruerũt. Dicit eñ
ſancta ſcriptura: Uidi eñ ſub ara dei aĩas Apoc. 6.
occiſorũ p̱pter verbũ dei: ⁊ p̱pter teſtimo-
niũ ieſu quod habebãt. Sub ara inquit dei
vidi animas occiſorum. Quid reuerẽtius:
quid honorabili⁹ dici poteſt: q̃ ſub illa ara
requieſcere: in qua deo ſacrificium celebra-
tur: in qua offerunt̃ hoſtie: in qua dñs eſt ſa
cerdos: ſicut ſcriptum eſt: Tu es ſacerdos ĩ Ps. 109.
eternum ſm ordinem melchiſedech? Recte
ſub altario iuſtorum anime requieſcunt: q̃
ſup̱ altare corpus domini offert̃. Nec ĩmeri-
to illic iuſti vindictam ſanguinis poſtulãt:
vbi etiã p̱ peccatorib⁹ chriſti ſanguis effun
dit̃. Conuenienter igit̃ ⁊ quaſi p̱ quodã cõ-
ſortio ibi martyribus ſepultura decreta eſt:
vbi mors dñi quotidie celebrat̃: ſicut ipſe
ait: Quotienſcũq; hec feceritis: mortẽ meã 1. Cor. 11.
annũciabitis donec veniã: ſcʒ vt qui p̱pter
mortẽ ei⁹ mortui fuerãt: ſub ſacramenti ei⁹
myſterio requieſcant. Nõ ĩmerito inquã cõ
ſortio quodam illic occiſis tumulus conſti
tuit̃: vbi occiſionis dominice membra po-
nunt̃: vt quos cum chriſto vnius paſſionis
cauſa deuinxerat: vnius etiã loci religio co-
pularet. Legimus pleroſq; iuſtorum abrae
ſinibus refoueri: nõnullos paradiſi amẽni
tate letari: nemo tñ meli⁹ p̃ter martyres me
ruit: hoc eſt ibi requieſcere: vbi ⁊ hoſtia chri
ſtus eſt ⁊ ſacerdos: ſcilicet vt p̱pitiationẽ d
oblatione hoſtie cõſequant̃: ⁊ benedictionẽ
functionemq; ſacerdotis accipiãt. Inter ce- B
teros igit̃ martyres quos ſub ara dei cõſi-
ſtere predicamus: etiam beatos illos infan
tum lactentium p̱ chriſto primitias marty-
rum laudemus: qui non loquẽdo ſed mori-
endo confeſſi coronas meruerunt. Neq; eñ
dubitandum eſt eos in martyrio plura pre
ceteris exorare: qui in martyrio p̃ ceteris p̃-
ceſſerũt. Et clamauerũt inquit iohãnes vo
ce magna: Uindica dñe ſanguinẽ noſtrũ. Apoc. 6.
Et date ſunt illis ſingule ſtole albe: et dictũ
eſt illis vt quieſcerẽt tempus adhuc modi-

cū donec iplereť numerus fratrū ⁊ cōſeruo-
rū eorū. Oriť queſtio in hoc loco: cur ſancti
iam cū dn̄o manentes vindictā de inimicis
Matth. 5. expetāt: cū dn̄s in euāgelio dicat: Diligite
inimicos veſtros ⁊ orate ꝓ pſequētibꝰ et ca
lumniantibꝰ vos. Sed ſciendū qꝛ illi ſancti
iam in cōſpectu creatoris ſui cōſiſtentes vi-
dent voluntatē illiꝰ: ⁊ ideo ab ipſo accipiūt
qđ eū velle facere nouerūt: ⁊ de ipo bibunt
qđ de ipſo ſitiunt. Petunt aūt vindictā de
inimicis duobꝰ modis: ⁊ hoc cauſa charita
tis: vt ſcꝫ q̄ ad vitā ęternā p̄deſtinati ſunt:
cōuertanť a malo ad bonū: qui vero p̄ſcien
te deo damnādi ſunt: morianť ⁊ peccare de
ſiſtant: vt ꝑ hoc minorē pęnā in inferno ha-
beant: vbi vnuſquiſqꝫ ſm̄ qualitatē operū
ſuſtinebit magnitudinē pęnaꝝ. Petūt aūt
de reprobis vindictā: qꝛ optāt venire diem
C extremi iudicij: ⁊ reſurrectionē ſuorū corpo-
Apoc. 6. rū p̄ſtolanť. Et datę ſunt illis ſingulę ſtolę
albę. Per ſtolas albas debemꝰ intelligere
mercedem baptiſmi: p̄miū martyrij: merce-
dē ęternorū ⁊ gaudiū cęleſtis patrię. Habēt
ergo ante reſurrectionē ſancti ſingulas ſto-
las: qꝛ in ſola anima adhuc ęternis beatitu
dinibꝰ pfruunť. Poſtea aūt accepturi ſunt
binas: quādo receptis corporibꝰ imutabi-
les erunt in anima ⁊ incorruptibiles in cor-
Esa. 61. pore. De hoc eſaias: In terra ſua duplicia
Apoc. 6. poſſidebūt. Et dictū eſt illis vt quieſcerent
tp̄s adhuc modicū donec impleať numerꝰ
ꝯſeruoꝝ ⁊ fratrū eoꝝ. Dictio iſta inſpiratio
eſt diuia: qua mētibꝰ eoꝝ deſiderātibꝰ diē
iudicij imittiť virtꝰ patientię: vt patienter
ferant omnia expectantes numerum illorū
qui ſimiliter interficiēdi ſunt ꝓ chriſto cum
eis poſtmodū regnaturi: vt qui deſiderant
recipere ſua corpa: gaudeāt ex numero colli
gendorū fratrū. Tali modo loquiť deꝰ om-
nipotēs ſanctis: veluti quilibet paterfami-
lias habēs multos filios: ſinguliſqꝫ đ agro
reuertentibus ⁊ rogantibus vt cibū ſibi tri-
buat: reſpondet: Refectio quidē veſtra pa
rata eſt: ſed expectate fratres veſtros: vt cū
in vnū poſiti fueritis oēs in cōe comedatis
⁊ epulamini gaudentes: qꝛ interficiendi ſūt
et illi vel apto ſcꝫ martyrio vel occulto. Di-
ciť ģ illis vindictā poſtulantibꝰ: poſt datū
munꝰ vt qeſcāt atqꝫ ſuſtineāt: donec cōple-
atur numerꝰ cōſeruorū illorū. Videtis igiť
qm̄ ꝓpter nos martyrū vindicta differtur.
Dum eīn nos retardamus: horum ſanguis
inultus eſt. Sed hoc ꝯtingit noſtra deſidia:
qui nō ſicut dictum eſt religioſe viuimus: q̄
nō pie ſicut congruit operamur. Nam ſi bo
norum operū ad dominū iuſticia noſtra pre
cederet: iam cōſeruorū numerus qui expe-
ctatur eſſet cōpletus. Nulli autē dubiū eſt:
vindictā poſt iudiciū martyres ꝑcepturos:
qui etiam ante iudiciū p̄mijs cęleſtibus ho
noranť. Vn̄ oportet frēs chariſſimi qꝛ p̄mi- D
tias martyrū hodierna feſtiuitate venera-
mur: de ęt̄na q̄ in cęlis eſt martyrū feſtiuita-
te ſedule cogitemꝰ: eorūqꝫ veſtigia inquātū
poſſumꝰ ſequēdo ⁊ ipi eiuſdē feſtiuitatꝭ ſuꝑ
nę participes exiſtere curemꝰ: teſtāte aplo:
Quia ſi ſocij paſſionū fuerimꝰ: ſimul ⁊ ꝯſo- 2. Cor. 1.
latiōis erimus: nec tam đ morte eoꝝ lugea-
mꝰ q̄ꝫ đ iuſta palmę ꝑceptione lętemur. Si-
q̄dē ſingulos eoꝝ cū ꝑ tormēta pellerenť ex
hac vita: rachel gemebunda: id ē eccl̄ia ge- Hiere. 31.
mit luctu lachrymiſqꝫ pſecuta: ſed iam hinc Matth. 2.
expulſos ſupna hierl̄m: q̄ eſt mať oīm nr̄m:
mox i aliā vitā obuijs lęticię miniſtris exce-
pit: atqꝫ i gaudiū dn̄i ſui ꝑpetuo coronādoſ
itroduxit. Vn̄ dicit iohānes: Stabāt ante Apoc. 7.
thronū i ꝯſpectu agni amicti ſtolis albis et
palmę i manibꝰ eoꝝ. Stāt eīn mō ante thro
nū dei coronati: q̄ quōdā aū thronū iudicū
terrenoꝝ iacebāt pęnis aſtricti. Stāt i ꝯſpe
ctu agni nulla rōne illic a ꝯtēplāda eiꝰ glīa
ſeꝑandi: a cuiꝰ hic amore nec ꝑ ſupplicia po
terāt ſepari. Stolis fulgēt albis ⁊ palmas i
manibꝰ habēt: qꝛ p̄mia in opibꝰ habēt dū
corpa q̄ ꝓ dn̄o ignibꝰ vſtulari ac beſtijs di-
lacerari: flagris abſumi: ꝑ p̄cipitia diſſolui:
vnguľ abradi omnimō pęnaꝝ genere paſſi
ſūt diſſipari: ꝑ reſurrectionē glorificata reci
piūt. Et clamabāt inq̄t voce magna dicen- E
tes: Salus deo nr̄o q̄ ſedet ſuꝑ thronum et Apoc. 7.
agno. Magna voce ſalutē deo decātāt: qui
magna grār̄ū actione recolūt: nō ſua ſe ꝟtu
te ſ ipo auxiliāte tribulationū impugnātiū
ſupaſſe certamia. Dicit iteꝝ eoꝝ ⁊ p̄teritos
agones ⁊ coronas deſcribens ꝑpetuas: Hi Ubi. s.
ſūt q̄ venerūt đ tribulatione magna ⁊ laue-
rūt ſtolas ſuas: ⁊ dealbauerūt eas i ſangui-
ne agni. Stolas q̄ꝑpe martyres in ſanguine
agni lauerūt: dū mēbra ſua q̄ oculis inſipiē
tiū viſa ſūt pęnaꝝ ſqualore fędari: ſic potiꝰ
fuſo ꝓ chriſto ſanguine ab oībus mūdaue-
re contagijs: inſuꝑ ⁊ beata immortalitatis
luce digna reddidere: qđ eſt etiam lotas ha
buiſſe ſtolas in ſanguine agni. Ideo ſunt

inquit ante thronum dei ⁊ ſeruiūt die ac no
cte i templo eius. Nō eſt laborioſa ſed ama
bilis ⁊ optanda ſeruitus in dei laudibus ꝑ/
petuo aſſiſtere. Dies quippe et nox nō viciſ
ſitudinē temporis ꝓprie: ſed ꝑpetuitatē tro
pice ſignificāt. Nox eñ nō erit illic: ſed dies
Ps. 83. vna melior in atrijs chriſti ſup milia. In q̄
Hiere. 31. non plorat rachel filios ſuos: ſed abſterget
Apoc. 2. de⁹ oēm lachrymā ab oculis eoꝝ: datq̧ vo
cē leticię ⁊ ſalutis ęternę in tabernaculis iu/
ſtorū: qui viuit ⁊ regnat deus ⁊c̄.

## De ſancto Uincentio

## In feſto ſancti Uincentij marty/ris: Sermo I

Sermo. XII.
A N paſſione quę nobis hodie recita
i ta eſt: fratres chariſſimi euidenter
oſtenditur iudex ferox: tortor cruen
tus: martyr inuict⁹. In cui⁹ corpore pęnis
varijs exarato: iam tormenta defecerant: et
adhuc membra durabant. Tot cōuicta mi/
raculis ꝑſiſtebat impietas: tot vexata ſup/
plicijs nō cedebat infirmitas. Agnoſcat̄ er/
go operata diuinitas. Quādo eñ corrupti/
bilis puluis contra tā imania tormenta du
B raret: niſi in eo chriſtus habitaret? In his
eñ omnibus ille agnoſcendus: ille glorifi/
candus: ille laudandus eſt qui et in prima
vocatione dedit fidē: ⁊ in ſuprema paſſione
virtutē. Uultis noſſe q̄ vtrunq̧ donatum
Phil. 1. eſt? Audite apoſtolū paulū: Uobis inquit
datum eſt ꝓ chriſto nō ſolum vt credatis in
eum: verumetiā vt patiamini ꝓ eo. Acce/
perat vtraq̧ hęc beatus vincentius leuita:
acceperat ⁊ habebat. Si eñ non accepiſſet:
quid haberet? Habebat i ſermone fiduciā:
habebat in paſſione tolerantiā. Nemo er/
go de ſuo corde p̄ſumat quādo ꝓfert ſermo
nē: nemo de ſuis viribus ꝯfidat quādo ſuf/
fert temptationē: q̄ vt ⁊ bona prudēter lo/
quamur: ab illo eſt nō noſtra ſapientia: ⁊ vt
mala fortiter ꝑferamus ab illo ē: nō noſtra
C eſt patientia. Recolite dñm chriſtū ſuos in
euangelio diſcipulos admonētē: Recolite
martyrū regē cohortes ſuas armis ſpirita/
libus inſtruentem: bella monſtrantē: adiu/
toria miniſtrantē: p̄mia pollicentē: quia cū
dixiſſet diſcipulis ſuis: In hoc mūdo p̄ſſu/
ram habebitis: mox vnde territos ꝯſolare/
Joh. 16. tur adiunxit dicens: Sed cōfidite: quia vici
mundum. Quid ergo miramur chariſſimi
ſi in illo vincētius vicit: a quo victus ē mū/
dus? In hoc inquit mundo preſſurā habe/
bitis: vt ſi p̄mit nō opprimat: ſi oppugnat
nō expugnet. Duplicem mundus aciem ꝓ/
ducit contra milites chriſti. Blandit̄ vt de/
cipiat terret vt frangat. Nō nos teneat vo/
luntas ꝓpria: nō nos terreat crudelitas ali
ena: ⁊ victus eſt mundus. Ad vtroſq̧ adit⁹
occurrit chriſtus ⁊ non vincit̄ chriſtian⁹. Si D
cōſideret̄ in iſta paſſione humana patiētia:
incipit eſſe incredibilis: ſi agnoſcat̄ diuina
potentia deſinit eſſe mirabilis. Tanta graſ
ſabat̄ crudelitas in martyris corpore: ⁊ tan
ta tranquillitas ꝓferebat̄ in voce: tantaq̧
pęnarū aſperitas ſęuiebat in mēbris: vt mi
ro modo putaremus vincentio patiente ali
um loquentē non torqueri. Et vere fratres
chariſſimi ita erat. Prorſus ita erat. Alius
loquebat̄. Promiſit eñ ⁊ hoc teſtibus ſuis
chriſtus in euangelio: quos ad hm̄oi certa/
mina p̄parabat. Sic eñ ait: Nolite p̄medi/ Matth. 10.
tari quomodo aut quid loquamini. Nō eñ
vos eſtis q̄ loquimini: ſed ſpirit⁹ patris ve/
ſtri q̄ loquit̄ i vobis. Caro ḡ patiebat̄: ⁊ ſpi
rit⁹ loq̄bat̄. Et loquente ſpiritu nō ſolū cō/
uincebat̄ impietas: ſed etiā cōfortabat̄ infir
mitas. Clariorem nobis martyrem tot tor/
menta faciebant. Multiplici eñ vulnerum
varietate cōfoſſus nō deſerebat pugnā: ſed
acrius iterabat. Putares q̄ eū duraret: flā/
ma nō vreret: ⁊ tanq̄ figuli fornax lutū mol
le ſuſcipiens: durā redderet teſtam? Pote/ E
rat martyr noſter dicere daciano: Jam non
vret ignis tuus carnē meā: quia exaruit ſi/ Ps. 21.
cut teſta virtus mea: ⁊ quomodo ſcriptū eſt
veraciter: Uaſa figuli ꝓbat fornax: ⁊ hoīes Eccli. 27.
iuſtos tēptatio tribulatiōis: ꝓbat⁹ atq̧ de/
coctus illo igne vincenti⁹: dacian⁹ vero ar/
ſit ⁊ crepuit. Si eñ nō ardebat: vnde crema
bat? Quid eñ erāt verba iraſcentis: niſi fu/
mus ardentis? Ergo martyri noſtro refrige
rium in corde habenti: flammas extrinſec⁹
admouebat: ſed ipſe facib⁹ furoris accēſus
tanq̄ clibanus intus ardebat: ⁊ habitatorē
ſuū diabolū cōcremabat. Per furioſas eñ
daciani voces: ꝑ truces oculos ⁊ minaces
vultus ⁊ toti⁹ corpis mot⁹ ille habitator ei⁹
interior mouebat̄: ⁊ ꝑ hęc ſigna viſibilia tā/
q̄ ꝑ ſigna ſui vaſculi qđ impleuerat crepā/
tis rimula ꝓuidebat̄. Nō tantū martyrem
cruciabāt plurima tormēta: quātū illū va/
ſtabat inſania. Sed iam fratres illa oīa trā/
ſierūt: ⁊ ira daciani ⁊ pęna vincentij. Nunc
aūt pęna daciano: corona vero manet vin/

F centio. Deniqꝫ his ꝑmiſſis futurę videlicet
retributionis finibus: etiam in hoc mundo
martyrū gloriā demōſtremus. Quę hodie
regio: quę ve prouincia vlla quouſqꝫ vel ro
manum imperiū vel chriſtianū nomen extē
ditur: natalem nō gaudet celebrare vincen
tij diaconi? Quis autē hodie vel nomē da
ciani audiſſet: niſi vincētij paſſionē legiſſet?
Qđ vero tanta cura ſeruauit dn̄s martyris
corpus: quid aliud demōſtrauit niſi guber
naſſe ſe viuentem: quē non reliquit exani
mē? Vicit ergo dacianū viuens vincētius:
vicit ⁊ mortuus. Viuens tormēta calcauit:
mortuus maria tranſnatauit. Sed ipſe in
ter vndas gubernauit cadauer extinctum:
qui inter vngulas animū donauit inuictū.
Nō flexit flamma tortoris cor eius: nō mer
ſit aqua maris corpus eiꝰ. Sed in his ⁊ hu
Ps. 115. iuſmodi nihil eſt aliud: niſi ꝑcioſa in conſpe
ctu domini ſemꝑ mors ſanctoꝝ eius: cui eſt
honor ⁊ imperiū in ſęcula ſęculoꝝ Amen.

Ser. XIII. In eodem feſto: Sermo II

A Vnctoꝝ licet dilectiſſimi glorioſas
c martyrū paſſiones: quos diſtincta
regionibus loca meruerunt: vna fi
des faciat omnibus indiſcreto honore ve
nerabiles: ꝓpriā tamē ſibi in hoc venerati
onis obſequio vendicant dignitatē: qui ec
cleſiā dei ⁊ documētis ꝑ ceteris erexerunt:
⁊ patrocinijs adiuuerūt. Inter quos iuſte
beatum leuitam vincentiū cuiꝰ confeſſione
⁊ morte chriſtū incredulis ꝑdicatū incūctan
ter agnoſcimꝰ catholicis ſtudijs celebramꝰ:
Qui vt fideliū deuotionē deo ſtudioſiꝰ cō
mendaret: altiori charitatis flāmaſcens af
fectu: morti ſe ſe tādē fideliter obtulit: quo
videlꝫ robur fidei in ſolidiſſima petra chri
ſto fundatum ſequacibꝰ imitandum daret:
necnō ⁊ ſemen apoſtolicę ꝑdicationis ꝑ eū
pluribus diſſeminatū opę ſuę interceſſiōis
tutum ac ꝑfectę cōſummationis fruge refer
B tū in cęleſtibꝰ demū horreis cōderet. Nunc
ergo ampliꝰ ꝓpria venerentur: quē etiā pe
regrina mirant: quatenus eis ſe largiorem
exhibeat in beneficijs: quibꝰ ſe amabiliorē
cognoſcet in gaudijs: fiatqꝫ in eiꝰ ſolennita
te vberior leticię ambitus de q̄ fidei creuit
effectus. Huius deniqꝫ ſpiritus tāto virtu
tum munere claruit: vt ſacri miniſterij fultꝰ
officio: q̄ filium dei dn̄m noſtrum ſecuturus
eſſet in paſſione: eiuſdē chriſti calicē creden
tibꝰ prius miniſtraret in ſalutē. Cuius hau
ſtu fęliciter mente debriatus rabidi hoſtis
atqꝫ in chriſtum ſęuientis inſaniā interritꝰ
adijt: modeſtus ſuſtinuit: ſecurus irriſit: ſci
ens paratus eſſe vt reſiſteret: neſciens ela
tus eſſe quo vinceret: qꝛ cuiꝰ amore ſpirita
libꝰ armis ꝓmunitus reſiſtebat: eiꝰ adiuto
rio quicquid pęnarū in illū ferientis ira ex
cogitabat: inſuperabilis fortiter patiendo
vincebat. Ideo nō hūc laminę ignitę ſarta
ginis: nō eculei: non vngulę ferreęqꝫ manꝰ:
nō vires pauendę cędentiū: nec dolor ſciſſo
rū membroꝝ: nō foci fragor ⁊ ſtrepentis in
patientis viſceribꝰ ſalis iniectio daciani q̄
uerunt aliq̄tenꝰ ſubdere iuſſioni: Sed dum
intātū eiꝰ vecordię tumor excreſceret: vt tā
tis paſſionū ſubactum doloribꝰ aut viciſſe
aut interemiſſe ſe lętabundus extolleret: ſu
ſcepta ſpe fruſtratus: vnde victor viſus eſt
apparere: inde victus cōpulſus eſt erubeſce
re: quoniā quo dei martyr duriori vrgebat
pęna: eo ampliori cōfeſſionis exultabat cō
ſtantia. Vnde ipſius paſſionis vel vltima C
ꝓuidere ſeu morari fratres euidentius pla
cet quatenꝰ animaduertat ſanctitas veſtra
quo diabolus ſuū ꝑduxerit dolis miniſtrū
vel quō chriſtus ſuū in finē vſqꝫquaqꝫ ſer
uauerit famulū. Ex quo illud ſane erat mi
rabile: qꝛ quantū iſte extrinſecus multipli
ci pęnarū genere cōtritus artabat: tantū in
trinſecus exultante interiori homine dilata
bat: quātūqꝫ ille exterius iactantia tempo
ralis potentię inflabat: tantū interius de
ſpici ſe ꝑpendens interiori vexatus homiē
ꝓſocabat. Contemni igitur ſe videns ſęuie
bat: nec in quē iam vindictā inferret inueni
ebat. Videbat namqꝫ de ſęuientiū manus
carnificū plus ī eo inuenire vulneris q̄ꝫ cor
poris: ſolūqꝫ ingentē ſpiritū eo ſtulticiā ex
ꝓbrare ſuā qđ ꝓuocabat veritatis normā.
Quapropter credens q̄ cauſam cōfuſionis
auerteret: ſi ꝑſonam quę ſe ſpreuerat abſen
taret: minuſqꝫ dacianꝰ erubeſceret ſi vincē
tiū ꝑplus nō videret: iuſſit eum a publico re
moueri. Sed nec ſic q̄dē caret ſupplicio. Cō
tuſa q̄ iacebat teſta ſubſternit: vt vis acu
minis cōciſam molē ſupiecti corporis plus
diſcinderet atqꝫ reddita tormētis mēbra q̄
ſecarēt obuia ſuſciperēt fragmēta. Fallit tn̄ D
vincēdi opinione cęca crudelitas: Nā diui
na bonitas dilectū ſuū ampliꝰ in ꝯfeſſione
comitata infert nouā tenebris lucē: ⁊ taber
naculū ſplendidū obſcuꝝ reddit ergaſtulū.
Fouebat laceros artꝰ medica dei manꝰ: et
venuſtiori priſtinę ſanitatis augmēto: foſſi

lateris dāna ſupplebat. Inſolita igit̄ huiꝰ
lumis claritate ꝑculſi: obſtupuere cuſtodes
quin ⁊ vocē angelis hymnū deo cōcinētibꝰ
mēs pallidi ianitoꝝ expauit. Currit exami
nis miniſter ad ꝑſidē: quē grauiꝰ relatio nū
cij ꝙ̄ ictus ꝑcuſſit gladij: ⁊ cū non poſſet ex
magnitudine rei tacere qđ viderat: tremor
iudicē occupat: dolor lacerat: furor inflam-
mat: ⁊ ne in pęnis vincentiꝰ vincens gloriā
martyrij obtineret: citiꝰ inq̄t dacianꝰ ꝓdu
cat̄ e carcere: ne dū inſiſtimꝰ rebellem puni-
re: videamur eū potius victoria coronare.
Profert̄ itaqꝫ ex illo tetri carceꝛ baratro cę
leſti q̄dē gratia pulchrior: ⁊ ſi adhuc eēt paſ-
ſurꝰ robuſtior. Sed vbi deſideriū ad regni
vocationē tendentis nullo pęnarū vel mor
tis genere frāgendū intelligit: iubet inuida
mēs lenioris ſtrati fulcra ſubſtitui: ac blan-
diori eū requie ꝯfoueri: ſcꝫ vt ſi amoto pau-
lulū carnifice aīam q̄etꝰ exhalaret: diceret̄
nō eſſe occiſus ſed mortuꝰ: quaſi non cū pę-
na ꝑemerit: cum quo ⁊ pęna ſimul perierit.
Interea beatū vincētiū cęleſtis aula ſuſce-
pit: ac beatę fęlicitatis munere donat. Ad
cuiꝰ ingreſſum angelici lętant̄ ſpūs: omneſ
qꝫ ſimul cōciues gratulantur ſancti: Noſqꝫ
tibi gratias agimus dn̄e ieſu: ꝙ anima tuo
digna ꝯſortio q̄ ꝑtinax tulit ſuppliciū: men
dax fugit obſequiū: Et q̄ fuit cōtēta ꝑſecu-
E tor q̄ fureret: ſit dedignata qđ parceret. Co
gnito igit̄ iudex inſanꝰ: et q̄ chriſtꝰ viciſſet
in vincentio: neſciꝰ dacianꝰ ſcīo eiꝰ abſceſſu
illius ſibi ꝓmittit cadaueris expoſitiōe vin
dictā: cuiꝰ gemit ex virtute victoriā. Feris
nāqꝫ ⁊ canibꝰ decepta furoris ſupbia abſu-
mēdū ꝓijci mādat lictoribus: vt tali paſtu
eoꝝ impleret ventrē: q̄rū ipē gerebat mētē.
Sed vt diuinis excreſcētibꝰ beneficijs ma-
ioris victorię vincentio gratia cōferat̄: mit-
tit̄ coruꝰ auis inimica cadaueribꝰ: expoſitas
corꝑis dapes ſuatura ieiuna. Hinc fratres
dilectiſſimi: hinc aduertite diſtincta merito
rū obſequia. Helias quōdā impias achab
vel iezabelis manꝰ caute declinās in deſer-
to coruis miniſtrātibꝰ paſcit̄: aſſertor aūt ve
ritatis vincētiꝰ daciani rabie ꝑemptꝰ feris
exponit̄ cōſumēdus: ſed coruo famulāte ſer
3.Reg.17. uat̄ illęſus. Obtinuit ergo helias diuio nu
tu coruis ꝑſtantibꝰ quo aleret̄: ꝑſtitū ē vin-
cētio obſeq̄nte quoqꝫ coruo ne comederet̄.
Qui vt cęlitꝰ ſe cuſtodē deſignatū oſtende-
ret: aduētantes reliquas aues eminꝰ nō ſe-
gni impetu ꝑturbabat: inter quas imanem
quoqꝫ lupū ꝓpius accedentē: veluti q̄ cō-
miſſum theſaurū ſacrilega audacia attāmi-
nare ꝑſumeret: pennis ⁊ alis deuerberās ꝓ
cul abegit. Sed ille ꝙ non tā ad inferēdam
veniſſet iniuriā ꝙ̄ ad augendam miraculi
pompā q̄dā ſui habitudine ſtupidus indi-
cabat. O impudens furor ⁊ ſtulta veſania:
Coruus obſequit̄: lupus venerat̄: dacianꝰ
ꝑſeq̄t̄: nec erubeſcit velle ſe adhuc ferox ꝑde
re: quē māſuefacta beſtialis feritas ſatage-
bat ꝓtegere. Unde ad occulendā martyris F
laudē nō iam ſecretū ſed ꝓfundū elegit: cre
dēs ſibi ad deliteſcendā eiꝰ gloriā non clau-
ſtra fidē ſeruatura ſed maria: quaſi non idē
elemēti dn̄s eſſet: ꝑ quē dudū ei carceris ab
dita cęleſti fulgore radiata micuiſſent. Da-
tur nautis mergendū corpus in fluctibꝰ: vt
ad auxiliū ſaltem ęquora ꝓficerent: cui ad
vincēdū chriſti militē terra defeciſſet. Ena-
uigatis itaqꝫ magna ex ꝑte freti gurgitibꝰ
ꝓiectū inter ſorbentes vndas ꝑpotēs ē dei
dextera cōſecuta: ⁊ q̄ ſpm̄ intulerat in cęlū:
corpus mox retulit ad ſepulchrū. Sic ꝑdica
tor veritatꝭ chariſſimi nec tormētoꝝ vincit̄
pęnis: nec tenebroſi carceris ſuperat̄ angu-
ſtijs. Non beſtijs dilaniat̄: non ꝓfundo ce-
lat̄: ſed litori reddit̄: ꝑconio diffamat̄: vt q̄
vere cōfeſſus fuerat nomē deitatis: verita-
te ſibi adeſſe experiret̄ diuinę ſuffragia bo-
nitatis. Cuiꝰ glorioſam virtute vitā ita pre
cioſę mortis gratia decorauit: vt qđ viuen-
do docuit: moriendo cōſtāter aſtrueret: erat
qꝫ ꝯſequēs q̄tenꝰ ad eiꝰ viſionē ꝑ mortē at-
tingeret: quē ꝓbabilis vitę cōuerſiōe ſemꝑ
atteſtatꝰ fuiſſet: ſciēs qđ ꝯ cōtēptu ꝑſentis
vitę gloria ſurgit beatitudinis ęternę: ꝑſtā
te dn̄o nr̄o ieſu chriſto: q̄ viuit ⁊ regnat ꝛc.

## De ſancti Pauli cōuerſione

## In feſto conuerſionis Sancti Pauli: Sermo I Ser.XIIII.

Hodie de actibus apoſtolorū lectio A
b hęc ꝑnūciata eſt: vbi paulus apl̄us
ex ꝑſecutore chriſtianoꝝ annūciator
factꝰ ē chriſtianorū. Percutiēs eū chriſtꝰ et
ſanās: occidēs ⁊ viuificās: occiſus agnꝰ a lu
pis: ⁊ faciēs agnū de lupis. Ita eīm erat: vt
ait ꝑclara ꝓphetia: cū iacob patriarcha bn̄-
diceret filijs ſuis: ꝑſentia tangēs: futura ꝓ-
ſpiciēs. Predictū eīm erat qđ in paulo conti
git. Erat aūt paulꝰ ſicut ipſe teſtat̄ de tribu Phil.3.
beniamin. Cū aūt iacob bn̄dicens filios ſu-
os: veniſſet ad bn̄dicendū beniamin ait de Gen.49.

illo: Beniamin lupus rapax. Quid ẽ: Lu-
pus rapax ſemp ē? Abſit: ſ; q̄ mane rapit p̄-
dā: ad veſperas diuidit eſcas. Hoc in aplō
B paulo impletū eſt: q: ⁊ de illo dictū erat. Iā
ſi placet audiam⁹ illū mane rapientē: ad ve
ſperas eſcas diuidētē. Mane ⁊ veſpere po
ſite ſunt ꝓ eo: ac ſi diceret: Prius rapiet: po
Act.9. ſtea diuidet eſcas. Attēdite raptorē. Saul⁹
inquit acceptis eplīs a p̄ncipib⁹ ſacerdotū
ibat vt vbicunq̧ īueniret chriſtianos ad ſa
cerdotes attraheret: ⁊ adduceret vtiq̧ puni
endos. Ibat ſpirās ⁊ anhelans cędes: h̄ eſt
Act.7. mane rapiens. Nā ⁊ qū lapidat⁹ eſt ſtepha
n⁹ prim⁹ martyr ꝓ noīe chriſti: euidenti⁹ ad
erat ⁊ ſaulus: ⁊ ſic aderat lapidātib⁹ vt nō
ei ſufficeret: ſi tantū ſuis manib⁹ lapidaret.
Ut eñ eſſet in oīm lapidantiū manib⁹: ipſe
oīm veſtimēta ſeruabat: mag⁹ ſeuiens om-
nes adiuuādo ꝗ̄ ſuis manibus lapidādo.
C Audiuim⁹ mane rapiet: audiam⁹ ad veſpe-
rū q̄liter diuidat eſcas. Uoce chriſti ꝓſtra-
t⁹ de celo: ⁊ accipiēs deſup interdictū iā ſeui
endi: cecidit in faciē ſuā: prius ꝓſternendus
poſtea erigendus: pri⁹ ꝑcutiēdus: poſtea ſa
nādus. Nō eñ in illo poſtea chriſt⁹ viueret
niſi occideret̄ i eo qđ male añ vixiſſet. Quid
Act.9. ḡ ꝓſtrat⁹ audit? Saule ſaule: qđ me ꝑſeque
ris? Durū ē tibi ꝯ ſtimulū calcitrare. Et ille
Quis es dñe? Et vox deſup. Ego ſū ieſus
nazaren⁹ quē tu ꝑſequeris. Mēbris adhuc
poſitis in terra caput clamabat i celo: ⁊ nō
dicebat qđ ꝑſequer̄ fideles meos: ſ; qđ me
ꝑſeq̄ris? Et ille: Quid me iubes facere? Iā
parat ſe ad obediendū: q̄ prius ſeuiebat ad
ꝑſequēdū. Jam format̄ ex ꝑſecutore p̄dica-
tor: ex lupo ouis: ex hoſte miles. Quis au-
D diat qđ facere debeat. Cecus ſane fact⁹: vt
iteriore luce fulgeret cor ei⁹. Exterior lux ad
tp̄s ſubtracta ē ꝑſecutori vt iterior redderet̄
p̄dicatori: ⁊ tñ in eo tp̄e q̄ cętera nō videbat
ieſū videbat: ita ⁊ ipā cęcitas ei⁹ iformabat̄
ad myſteriū credētiū. Quiſq̧ in chriſtū cre
didit: ip̄m ītueri debet. Cętera creatura vi-
leſcat: vt creator in corde dulceſcat. Uidea-
m⁹ ḡ. Adduct⁹ ē ad ananiā: ⁊ ananias int-
ꝑtat̄ ouis. Ecce lup⁹ rapax adducit̄ ad ouē
ſequēdā nō rapiendā: ⁊ ne rapientē ouis ex
paueſceret lupū: ipſe paſtor de celo q̄ oīa fa
ciebat: nunciauit lupū venturū oui: ſed nō
ſeuiturū: ⁊ tñ tā imanis fama lupū illū p̄ceſ
ſerat: vt nō poſſet ouis audito ei⁹ noīe non
cōturbari. Nā cū dñs ieſus eidē ananię nū-
ciaſſet ſaulū veniſſe: iam vt crederet ad eū
ananias ire ſe debere: ait ananias: Dñe au E
diui a multis de viro hoc q̧ multa mala in
ſanctis tuis operat⁹ ē: ⁊ nūc litteras accepit
a p̄ncipib⁹ ſacerdotū vt vbicūq̧ inuenerit
tui noīs ſectatores ꝑtrahat. Dñs aūt ad il-
lū: Sine: ego illi oſtēdā quāta illū oporteat
pati ꝓ nomine meo. Mira ⁊ magna res ge
rit̄. Lupo ſeuitia interdicit̄. Lupus ad ouē
captiu⁹ ducit̄. Tanta aūt p̄ceſſerat fama lu-
pi raptoris: vt ei⁹ noīe audito timeret ouis
etiā ſub manu paſtoris. Confortat̄ ne iā pu
tet ſeuientē: ne timeat timētē. Ab agno pro
ouib⁹ mortuo: fit ouis ſecura de lupo. Ego F
inquit illi oſtēdā: quanta illū oporteat pati
ꝓ noīe meo. Ubi terror? Ubi ſaulus? Qđ
faciebat ꝯ nomē paſtoris: patit̄ ꝓ noīe pa-
ſtoris. O ſeuitia: o miſericordia. Uides illū
p̄parare ferrū: ſecatur⁹ ē nō ꝑemptur⁹. Cu
ratur⁹ ⁊ nō occiſur⁹. Chriſtus dicebat: Ego
illi oſtēdā quanta illū oporteat pati ꝓ noīe
meo. Sed q̄ fine? Ipſū q̄ patiebat̄ audite.
Nō ſunt cōdignę paſſiones hui⁹ tp̄is ad fu Ro.8.
turā gloriā q̄ reuelabit̄ i nobis. Ac ſi dicat:
Seuiat mūdus: fremat mūdus: ꝯcrepet lin
guis: coruſcet armis: qđ pōt faciat: qđ faci-
et rei quā accepturi ſum⁹? Appendo qđ pa-
tior cōtra id qđ ſpero. Hoc nūc ſentio: illud
credo: ⁊ tamē plus ē qđ credo ꝗ̄ qđ ſentio.
Quicquid eſt qđ ſeuit ꝓ noīe chriſti: ſi po-
teſt viuere tolerabile eſt: ſi nō poteſt viue-
uere migrare hinc facit. Non extinguit ſed
accelerat ipſum p̄miū: ipſam dulcedinem.
Quę cum venerit: ſine fine erit. Opus cum
fine: merces ſine fine. Nam ⁊ operarius de-
ficeret in via: niſi attenderet qđ accepturus
eſſet. Cum eñ attenderis quid ſis acceptu-
rus: omnia tibi erunt vilia quę pateris: nec
digna eſtimabis ꝓ quibus illud accipias.
Miraberis tantū dari ꝓ tanto illo labore.
Uita nr̄a chriſtus eſt: Chriſtū attēdite. Pa
ti venit ſ; glīficari. Cōtēni: ſ; etiā exaltari.
Mori: ſed etiā reſurgere. Iſta cogitātes fra G
tres chariſſimi nō deſperem⁹: q: ⁊ ſi pecca-
tores ſumus: magnū medicū habem⁹: ip̄m
medicū audite. Non eñ veni vocare iuſtos Matth.9.
ſed peccatores ad penitentiā. Utilitas aūt
rei geſtę hui⁹ hęc ē. Apoſtolus ipē cōmemo
rat in epiſtolis ſuis. Dicit eñ ad hoc ſibi ve
niā datā peccator̄ ſuorū: vt nemo de ſe de-
ſperet q̄ fuerit magnis ꝑctis inuolut⁹: ⁊ in
magnis ſcelerib⁹ irretit⁹: quaſi veniā nō ſit
accepturus ſi cōuerſus fuerit ad eū q̄ pēdēs
in cruce ꝓ ꝑſecutorib⁹ orauit dicēs: Pater Luc.23.

ignoſce illis q̄ɂ neſciūt q̄d faciūt. Fact⁹ ē ille
1.Timoth.1. ex pſecutore p̄dicator ɂ doctor gentiū. Qui
prius inquit fui blaſphemus ɂ pſecutor ɂ in
iurioſus. Uides q̄ meritū ꝓ pena ꝯſequit̄.
Gratia em̄ ſalui efficimur de pctis nr̄is: lar-
giente ip̄o dn̄o noſtro ieſu chriſto: qui viuit
ɂ regnat in ſecula ſeculorū Amen.

Itē in eodē feſto alius ſermo: qui
habet̄ de Uerbis apoſtoli. ix. et. x.

Item in eodē feſto alius ſermo
qui inſertus eſt i ſermone. xvij. in li
bro quinquaginta homeliaꝝ: litte
ra B et ſequentibus.

Item in eodē feſto Homelia de
eo q̄d ſcriptū eſt in euāgelio ſcḋm lu-
cā: Homo quidā erat diues q̄ ha-
bebat villicū ɂc. q̄ habet̄ libro. j. de
queſtionib⁹ euāgelioꝝ. ca. xxxiiij. ɂ
ſequentibus.

De marie virginis purificatiōe.

In feſto purificationis ſanctiſſi-
me virginis marie: Ser. Hodier-
nus dies ɂc. q̄ habet̄ inter ſermo-
nes de tempore. ij.

De cathedra ſancti Petri

ma toꝛrebat. Et quāuis rex improbꝰ ligna
ſubijceret: incēdia maioꝛa ſupponeret: ta/
men ſanctus laurētius has flāmas fidei ca
loꝛe nō ſentit: ⁊ dum chriſti ꝑcepta cogitat:
frigidum eſt illi omne qꝺ patiƚ. Nec eñ po/
teſt in viſceribus igniū toꝛmenta ſentire: q
ſenſibus paradiſi refrigeria poſſidebat. Li
cet iaceat ante pedes tyrāni exuſta caro coꝛ
pus exanime: nihil tamen detrimenti patiƚ
in terris: cuiꝰ animꝰ demoꝛaƚ in cęlis. Extē
ditur ergo ſuꝑ flammarū ignitos globos: ⁊
vexaƚ in latera: ſed quantū plus pęnarum
toꝛmenta patiƚ: tāto amplius chriſtū dñm
ꝑtimeſcit. Nouo admirationis genere aliꝰ
illū toꝛquet: ⁊ alij ſęuienti toꝛmēta ꝑficiūt.
Deuotioꝛē laurētiū ſaluatoꝛi ſupplicia atro/
cioꝛa fecerunt.

Ser. XXXII. **In eodē feſto: Sermo III**

A Um oēs beatos martyres q̄s no/
c bis antiquitas tradit honoꝛificen/
tia digna miremur: ꝑcipue tñ beati
laurentij martyris triumphū debemꝰ tota
deuotiōe ſuſcipere. Maioꝛem ergo affectū
ibi debeo: vbi credulitatē meā cogit cōtem
platio: q̄ vbi fidem meam hoꝛtaƚ opinio.
Maioꝛē inquā affectū ibi debeo: vbi ꝑ ea
quę vidi cōpelloꝛ deuotione credere: etiā il/
la quę nō vidi. Nam cū audio aliquāta mi/
hi impoſſibilia videbanƚ: ſed cępi ea potuiſ
ſe credere fieri: dū ſimilia facta eſſe cōſpexi.
Et ideo tēpoꝛis noſtri paſſio: hāc nobis tri
buit cōferre gratiam: vt fidē ꝑteritam cōfir/
maret. Supꝛadictū igiƚ virū beatum tota
debemꝰ deuotione ſuſcipere: Primū quia
ꝑcioſum ſanguinē ſuū ꝓpter dñm tradidit.
Deinde q ꝑrogatiuā nobis apud dñm no/
ſtrū non minimam tribuit: oſtendens qua
lis eſſe debeat i chriſtianis fides: Tertio q
idem tā ſanctę cōuerſationis fuerit: vt coro
B nā martyrij tēpoꝛe pacis inuenerit. Sed cū
ſanctitate tanta beatū laurētiū ꝓ chriſti no
mine vidiſſent certare gētiles: erroꝛeſqꝫ eo/
rū manifeſtos rationabili caſtigatione con
uinceret: tūc illi inebꝛiati furoꝛe rapuerunt
eū: ⁊ cęde crudeliſſima ſauciarūt: tunc beati
viri coꝛpus flammis i craticula tradiderūt.
Vere beatū coꝛpus: qꝺ nō ad pęnā funeſtꝰ
ignis: vel toꝛmenta a fide chriſti immuta/
uit: ſed ad requiem dominicā ſancta religio
coꝛonauit. Sꝫ et ipſa flamma ideo ſuſcepit
martyrē nō vt eū a fide ſua ignis mutaret:
ſed vt ꝓbatum dño ſuo redderet. Tali eñ
incendio beata cōſecrata ſunt viſcera: non
cōdemnata. Conuenit huic paſſioni qꝺ ait
apoſtolus: Ipſe aūt ſaluus erit ſic tamen 1. Coꝛ. 3.
quaſi ꝑ ignē. Saluus eñ iſte factus eſt: dū
venerabilis cōfeſſionis eſt incendio concre
matus. Hęc eſt ergo tota cauſa paſſiōis fra
tres ꝓpter quā moꝛti addictꝰ eſt ſanctꝰ vir:
q ſui ſimiles cęteros hoꝛtareƚ. Nam exhoꝛ
tatio illa intantū ꝓfecit: vt illo a ſęculo re/
cedente: fides eius regionis ipius loca vni/
uerſa ꝑuaſerit. Ita chriſtꝰ tūc in beato mar/
tyre ſuo laurentio ꝑſecutiones paſſus eſt:
nūc illic plurimi chriſtianoꝛū exultāt in po/
pulis. Sufficere nobis debēt ad ꝓfectū ſa/ C
lutis noſtrę martyrū exempla ſanctoꝛū: qui
ꝓpter adipiſcendā cęleſtem coꝛonā omnibꝰ
ſe mādatis dominicis ſubdiderūt: ⁊ ita cun
ctis deuinxerunt ſe legibꝰ ſaluatoꝛis: vt ꝓ/
pter anteactā vitā mererenƚ ad hanc mar/
tyrij gloꝛiā ꝑuenire. Nō eñ illo in tempoꝛe
tātū ꝑfecerunt ꝑceptū dñi: quo cōfeſſionis
ſuppliciū ꝑtulerūt: ſed neceſſe fuit illis ꝑus
ſm euangeliū vixiſſe: vt chriſti paſſionibus
participarenƚ. Neceſſe eſt inquā vt initia
bona fierent quoꝛū finis eſt optimus ſubſe
cutus: ⁊ martyres eos nō ſolū fuiſſe cū paſ/
ſi ſunt: ſed etiā tunc martyres chriſti eſſe cū
viuerent. Martyr eñ gręce: latine teſtis di
ciƚ. Igiƚ quotienſcūqꝫ bonis actibꝰ manda
tum chriſti facimꝰ: totiens chriſto teſtimo/
nium ꝑhibemus. Unde ⁊ crux dñi nō tātū D
illa diciƚ quę paſſionis tēpoꝛe ligni affixio/
ne conſtruiƚ: ſed illa quę totiꝰ vitę curriculo
cūctarū diſciplinarū virtutibꝰ coaptaƚ. De
qua mihi videtur ſaluatoꝛ dicere: Qui vult Matth. 16.
poſt me venire: tollat crucē ſuā et ſequatur
me. Nunquid eñ omnes martyres qui ſe/
cuti ſunt dñm: crucifixi ſunt cū dño? Nūqd
omnes virgines q̄ iuxta Apocalypſim ſe/ Apoc. 14.
quunƚ agnū dei: crucifixę ſunt vt ſequanƚ?
Nūquid paulus apoſtolus crucifixus fue/
rat cū dicebat: Mihi aūt abſit gloꝛiari niſi Gal. 6.
in cruce domini noſtri ieſu chriſti: ꝑ quē mi/
hi mūdus crucifixus eſt ⁊ ego mūdo? Hoc
autē diciƚ: vt intelligas crucem nō ligni eſſe
patibulū: ſed vitę virtutiſqꝫ ꝓpoſitū. Tota
igiƚ vita chriſtiani hoīs ſi ſcꝺm euangeliū
viuat: crux eſt atqꝫ martyrium.

Sermo XXXIII.

## In eodem feſto: Sermo IIII

A Luc. 13. c Cui ſimile eſt regnũ cęlorũ: ⁊ cui ſimile ęſtimabo illud ait dñs. Simile eſt grano ſinapis. Multa ꝓſtrinximus: quibus ꝓbarem⁹ regnum dei grano ſinapis nõ immerito cõparari: ⁊ diſtantiã in ſola ęſtimatione eẽ vborũ: nõ i collatione virtutũ. Siquidẽ chriſtiana fides quę regnũ dei eſt: eandẽ virtutẽ obtinet: quę ſinapis natura depromit. Nam ſicut ſinapis granũ cũ ſumimus vultu cõtriſtamur: fronte contrahimur: ad lachrymas ꝓmouemur: ⁊ ipſam ſalubritatẽ corporis noſtri cũ quodã fletu auſteritatꝭ accipim⁹. Illinc enĩ amaritudo nos exaſperat: acrimonia penetrat: hinc calor ignei ſaporis accendit: et toto ꝑturbati corpore tũc magis ſani efficimur cũ ampli⁹ deploram⁹: Ita ergo ⁊ cũ fidei chriſtianę mandata ꝑcipim⁹: contriſtamur animo: affligimur corꝑe: ad lachrymas ꝓmouemur: et ipſam ſalutẽ noſtrã cũ quodam fletu ac męrore cõſequimur. Inde enĩ nos ieiunia exaſperant: illinc peccatorũ cõſcientia macerat. Hinc patrimonij iactura perturbat: ⁊ toto contriſtati habitu magꝭ ſalutem ꝯſequimur ſi amplius defleam⁹: ſcd̃m

Joh. 16. qđ ait dñs: Vos plorabitis ⁊ flebitis: ſęculũ autẽ gaudebit. B Sicut aũt cum ſinapi caput forte curandũ eſt: iubemur ad raſum capillos demere: impedimẽta cutis vniuerſa deponere: vt nudo corpori ꝑfectius medicina ꝑueniat: Ita ⁊ cũ anima ꝑ fidẽ curãda ẽ: ꝓcipimur a nobis ſubſtantiã auferre ſęculi: impedimẽta auri argentiq; deponere: vt ⁊ nudę et ſoli animę congruentius ſpiritalis medicina cõueniat. Quiſq; enĩ rebus mundi ⁊ diuitijs ſęculi obuolutus eſt: huic fidei medicina nõ ꝓderit. Ergo quod ſucus ſinapis in corpore: hoc fides chriſtiana operať in anima. Sed qm̃ in eadẽ dominica ſententia

Luc. 13. ſcriptũ eſt: Qđ acceptum homo miſit in hortũ ſuum: ⁊ creuit ⁊ facta ẽ arbor: ⁊ volucres requieuerunt in ramis eius: diligenti⁹ requiram⁹ quis iſte ſit: cui hęc cuncta cõueniant. Dixim⁹ ſuperius ſanctis martyrib⁹ qui diuerſis attriti ſunt paſſionib⁹ naturã C ſinapis poſſe cõgruere: Sed qm̃ dicit ſcri-

Abi. 3. ptura: Et creuit ⁊ facta ẽ arbor: ⁊ volucres requieuerunt in ramis ei⁹: arbitror hoc ipſi chriſto dño dicere: ⁊ rectius cõparari: q̄ naſcendo in homine humiliat⁹ vt granũ eſt: aſcendendo ad cęlũ exaltatus vt arbor eſt. Granũ plane ẽ chriſtus dũ patiť: arbor eſt dũ reſurgit. Granũ inquã eſt: cũ famis eſuriem ſuſtinet: arbor eſt cũ quinq; milia virorum quinq; panibus ſaturat. Matth. 4. Luc. 9. Ibi ſterilitatem humana cõditione patitur: hic ſacietatem ꝓpria diuinitate largitur. Granũ autẽ dixerim dñm cũ cędiť: cũ cõtemnitur: cũ increpať: arborẽ aũt cũ cęcos illuminat: mortuos reſuſcitat: peccata condonat. Ramos D aũt hui⁹ arboris ſi requiras inuenies. Ramus eſt petrus: ramus eſt paulus: ram⁹ eſt beatus laurenti⁹: cui⁹ hodie natalitia celebramus. Rami ſunt oẽs apoſtoli vel martyres ſaluatoris: ad quos ſi quis ſe fortiter tenere voluerit: fluctib⁹ ſęculi minime mergiť: quinpoti⁹ ſub vmbra illoꝝ latitãs gehẽnę nõ patieť ardorẽ: ſecuruſq; de diabolicę tempeſtatis ꝓcella erit: ⁊ de die iudicij exurentis incendio ipſo adiuuante qui viuit ⁊ regnat in vnitate ſpirituſſancti de⁹: per infinita ſęcula ſęculorum Amen.

### Item in eodẽ feſto: Homelia de eo qđ ſcriptũ eſt in euãgelio ſm̃ Johannẽ: Amẽ dico vobis: Niſi granũ frumẽti ⁊c. incipiẽs: Humilitatis magne ⁊c. quę ſumpta eſt de expoſitione doctoris Ibidem. Joh. 12.

### De aſſumptiõe glorioſiſſime virginis marie.

### In feſto Aſſũptionis ſanctiſſime dei genitricis ꝟginis marie: Ser. I Sermo XXXIIII.

A Prefatio. a Dñi interrogata de virginis ⁊ matris dñi reſolutione tẽporali: ⁊ aſſũptione ꝑenni: qđ itelligã reſpõſurus: te de⁹ omnipotẽs pater voto ſupplici exoro: Pſ. 143. vt q̄ mãdas nubib⁹ ⁊ pluunt imbres: q̄ tangis montes ⁊ fumigãt: qui aperis terrã et germinat: quid dicã iubeas: qđ ꝓferam ꝓbeas: ad qđ ſermonẽ dirigam aperias. Venerabile enĩ mihi eſt dñe: ⁊ ꝓcordijs meis reuerẽdiſſimũ de matre filij tui loqui: ⁊ de ſãctiſſimo corꝑe ei⁹ linguã ſermonib⁹ occupare: q̄ ſola meruit deũ hominẽq; paritura ſuſcipere: facta thron⁹ dei ⁊ aula regis ęterni: ſcd̃m qđ tu docuiſti nos ꝑ ſanctos patriarchas tuos: ꝓphetas ⁊ apoſtolos figuris et ſermonib⁹: qb⁹ nos credim⁹: q: nũq̃ fefelliſti: q̄ nec fallere nec falli nouiſti: oſtendẽs filiũ tuũ coęternũ tibi et ꝯſubſtãtialẽ icarnã-

dũ: ꝛ incarnatũ ꝑ virginis vterũ: de qua car-
nẽ aſſũpſit: qui corꝑalia cũcta tecũ creauit
auctoꝛ: adminiſtratoꝛ ꝛ deꝰ: ab hoīe factus
eſt homo: ab ea naturã ſumẽs non originẽ:
ſanctificante ſpiritu tuo: in ea vterũ huma-
nũ ꝛ purificante atq; mũdante ad cõcepti-
onẽ filij tui: Cuiꝰ dignitatꝭ ꝛ gratię effectũ:
nec coꝛ cõcipere nec lingua valet exprimere.
Nõ eñ talis cõceptus: taliſq; partꝰ niſi de-
um decuerat: q̃ venerat redimere quos vo-
luit creare. Creare ꝓfecto maieſtate: redime-
re humilitate: humilitatis naturã ſumens
ſanctã de ſanctificato coꝛꝑe: ꝛ ĩmaculatã de
immaculato. Ineſtimabilẽ eñ ſanctificati-
onis grãm quã cõcipiẽdus ꝓbuit: ꝯceptꝰ ꝛ
natꝰ nõ abſtulit. Quę quãtũ ĩ coꝛꝑe value-
rit virginis: illi ſoli notiſſimũ eſt q̃ de eiꝰ na-
B tura naturã ſuſcepit q̃ cõdidit. Per quem
te queſo dñe: q2 ꝑ illũ cũcta bona tribuis: q̃
vt tribuas eligis: vt me inoffenſe de tanta
ſanctitate loq̃ tribuas. Et ſi nõ totũ vt eſt:
qđ impoſſibile omni humanę linguę eſt: ta-
mẽ ipm qđ eſt ex parte dicat̃ vt eſt. Sonet
ergo ꝓcioſiſſimum vera ꝓcioſitate: ſanctiſſi-
mũ certa ſanctitate: ineſtimabiliſſimũ: fidiſ-
ſima veritate. Quę q2 humanã rõnẽ exce-
dunt: ſpiritus tuꝰ aſſit: q̃ ſuo ſacro ſpirami-
ne inducat nos in omnẽ dicẽdoꝝ veritatẽ:
vt q2 de eiꝰ corpore ꝛ aīa loquẽdum eſt: qđ
ipſe ꝓter naturalẽ vſum ſanctificauit ꝛ gra-
tiã cõtulit: non aliena dicere patiat̃: ſed ꝓ-
pria ad laudẽ ꝛ gloꝛiã tuam deus omnipo-
tens pater: ꝛ ad honorem filij tui ꝑ virginẽ
nati: ꝛ eiuſdẽ ſpiritusſancti dei ꝛ dñi noſtri:
cum quo eſt tibi regnũ ꝛ imperium: in om-
Explicit ꝓfatio nia ſecula ſeculoꝛum Amen.
Incipit ſermo Via ꝓfundiſſimę et ſua dignitate al-
C q tiſſimę ſum reſponſurus queſtioni: le-
Ca.1. ctoꝛem meum obſecro: vt ꝓ me deprecet̃: ꝛ
ſi q̃ a me pleniter dicta cognouerit: donis
dei gratus exiſtat: ſin autẽ minus: noſtrę cõ-
patiat̃ infirmitati. Quia licet minus vale-
amus dicere: vera tñ ꝓculdubio volumus.
De ſanctiſſimo igit̃ coꝛꝑe ꝑpetuę virginis
marię eiuſq; ſacrę animę aſſumptione: quã-
tũ deus donauerit loqui ſuſcipientes: hoc
pꝛimũ dicimus: quod in diuinis ſcripturis
Joh.19. poſtq̃ dñs in cruce matrẽ diſcipulo cõmen-
dauit: vt caſtitas caſtis tueret̃ obſequijs:
nihil reperit̃ de ea ꝓter id quod lucas cõme-
moꝛat in actibus apoſtoloꝛũ: cõmemoꝛans
Act.1. eiuſdem nominatim dicẽs: Hi omnes erãt
ꝑſeuerantes vnanimiter in oꝛatione cũ mu-
lieribus ꝛ maria matre ieſu et fratribus eiꝰ.
Hoc dicimꝰ quia tãto quę magna exiſtunt
cautius tractanda ſunt: quãto ſpecialibus
auctoꝛitatum teſtimonijs nõ poſſunt ad li-
quidũ roboꝛari. Sed q2 quędam ſcriptura D
ſancta veris indagationũ ſtudijs quęrẽda Ca.2.
reliquit: q̃ nõ ſunt ſuꝑflua eſtimanda dũ ve-
ra indagatiõe fuerint patefacta. Secũda ẽ
eñ veritatis auctoꝛitas: ꝛ dũ diligẽter diſ-
cutit̃: de ſe gignere quod ipſa eſt cognoſci-
tur. Sępe eñ diſcuſſa veram cõueniẽtiam
parit: quã manifeſtis ſermonibꝰ abſcõdit:
Et ſępe apertis ſermonibꝰ inſinuat: in qui-
bꝰ nihil ꝓter illud qđ ſonuit q̃rẽdũ inuitat:
Vt eſt illud: q2 abraã genuit iſaac: iſaac ge-
nuit iacob: iacob iudã ꝛ fratres eiꝰ: ꝛ cętera
talia in quibꝰ ſola littera tenẽda eſt. Quę-
dam autem ſic cõmendat: vt pariter litterã
ꝛ myſticũ intellectum inſtruat: vt in trãſitu Exo.14.
maris rubꝛi: ꝛ manna cęleſti: ꝛ tabernaculo Exo.16.
dei atq; arca teſtamenti: vbi futuroꝛũ figu- Exo.25.
ra baptiſmi videlicet chꝛiſti ꝛ eccleſię oſtẽſa
ẽ ꝓrogatiua. Quędã tñ myſtice: vt cũ deũ
dicit inſufflaſſe in faciem adã ſpiraculũ vi- Gen.2.
tę: q̃ tñ os ad ſpirandũ non habet: nec ma-
nus ad operãdum: licet ꝓpheta dicat: Ma- Ps.118.
nus tuę fecerũt me: ꝛ plaſmauerũt me. Sũt
etiam quędã: q̃ quãuis cõmemoꝛari ex to-
toꝰ omiſſa ſint: vera tamẽ ratione credunt̃:
atq; ipſa ꝯueniẽtia rei qđamõ quẽadmodũ
dux ꝛ ꝓuia creditur. Nihil eñ de melchiſe- Gen.14.
dech ſacerdotꝭ dei excelſi iuſticia loquitur:
cum ipa ꝓceſſiſſe tãtę laudis merita cogno-
ſcatur. Nihil de enoch ꝛ helię poſtq̃ rapti Gen.5.
ſunt vitę fęlicitatę cõmẽdat: cunctis liqui- 4.Reg.2.
do ſcientibus beate eos viuere: quos do-
minus hinc in futurũ ſeruandos voluit ra-
pere. Quid ergo de marię moꝛte: quid ve
de eius aſſumptione dicendum eſt: vnde
diuina ſcriptura nihil commemoꝛat: niſi q̃-
rendum ratione quod conueniat veritati:
fiatq; ipſa veritas auctoꝛitas: ſine qua ne-
ceſſe eſt: nec valeat auctoꝛitas. Memoꝛes E
enim conditionis humanę: moꝛtem illam Ca.5.
ſubijſſe tempoꝛalẽ dicere nõ metuimꝰ: quã
idem eius filius qui deus ꝛ homo eſt: lege
ſoꝛtis humanę ſuſtinuit: et hoc quia homo
de eius ſuſceptus ꝛ ꝓfuſus eſt vtero. Sed
ſi dicimus moꝛtis eã vinculis teneri: ꝛ reſo-
lutã in cõmunẽ putredinẽ: vermẽ ac cinerẽ:
laboꝛãdũ eſt ſi h̃ conueniat tantę ſanctitati

tantę aulę dei ꝑrogatiuę. Scimꝰ em̄ dictū
Geñ.3. primo parenti: Quia puluis es ⁊ in pului-
rē ibis. Quod ſi de morte dicit̄: generalis
eſt ſententia: ſi de reſolutione in puluerem:
hanc conditionē caro chriſti euaſit de car-
ne marię ſumpta: quę corruptionē nō ſuſti-
nuit. De hoc em̄ ſcriptū ē: per dauid ꝓphe-
Pſ̄.15. tam dicentem: Quoniam nō derelinques
animā meam in inferno: nec dabis ſanctū
tuum videre corruptionē. De quo autē ſan
cto dictū ſit: archangelus ꝓdidit: q̄ ad ma
Luce.1. riam ait: Et quod naſcet̄ ex te ſanctum: vo-
Exo.26. cabitur filius dei. Vere ſanctum et ſanctū
ſanctorum. Unde ⁊ illa ſancta ſanctorū di-
cunt̄: quę illa ſeruabant: quibus ille figura
bat̄ qui veraciter ſolus ſanctus ſanctorum
dicit̄. Hic em̄ idem eſt de quo archangelus
gabriel danieli loquit̄ inter cętera quę fu-
Daniel.9. tura oſtendit dicens: Et impleatur viſio et
ꝓphetia: ⁊ vngat̄ ſanctus ſanctorum. Hic
em̄ ſanctus corruptionē nō vidit: qui tertia
die cum triumpho rediens ab inferis reſur-
rexit. Caro eiꝰ quę de maria ſumpta eſt: et
2.Cor.13. ſi mortua eſt ex infirmitate: reuixit t̄n ex dei
virtute. Sed hoc ille qui quādo voluit mo-
ri: quādo voluit reſurgere potuit. Excipit̄
ergo ab illa generali ſententia de virgine
ſumpta natura. Qð ſi marię non congruit:
congruit t̄n filio quem genuit ieſu. Voca-
bulum ieſus glorioſum omni ornatu cultu
q̄z digniſſimū: nomē quod eſt ſuper omne
nomen: non decuit ab hominibus appella
ri: neq̄z ab eis efferri in mundū: ſed ab excel
F lētiori quadā maiori q̄z natura. Poſt hęc q̄
Ca.4. adę dicta ſunt de quibꝰ excipit̄ marię filiꝰ:
cōtuēda ſunt q̄ etiā euę dicta ſunt: ſi cūctis
fęminis generalia ſint: ⁊ ſi in aliquo excipi-
Geñ.3. atur maria. Scriptum quippe eſt: Mulieri
quoq̄z dixit deus: Multiplicabo erumnas
tuas ⁊ cōceptus tuos. In dolore paries fi-
lios: ⁊ ſub viri poteſtate eris: ⁊ ipſe domi-
Luce.2. nabit̄ tui. Erumnam maria ſuſtinuit: cuius
animā gladius paſſionis chriſti ꝑtranſiuit:
ſed conceptus nō multiplicauit: nec ſub vi-
ri: id eſt mariti poteſtate deguit: quę integer
rimis viſceribus de ſpirituſancto chriſtum
ſuſcepit: ⁊ virginitatis integritate manēte
virgo ꝑmanſit. Quem q̄z ſine peccati col-
luuione, ⁊ ſine virilis admixtionis detrimē
to ſuſcepit: ſine dolore genuit ⁊ ſine integri
tatis violatione cum pudore virginitatis
integra ꝑmanſit. Hoc em̄ potuit efficere de

matre: qui ſic elegit naſci deus de homine.
Maria ergo ⁊ ſi communicat erumnis euę:
nō cōmunicat parturiendo cū dolore. Pro-
meruit em̄ hoc ſingularis ſanctitas eius et
ſingularis gratia: q̄ ſuſceptione dei ſingu-
lariter eſtimata eſt digna. Non imerito er-
go a quibuſdā generalibus excipitur vera
eſtimatione: quā tāta ſeruat gratia: ⁊ attol-
lit dignitatis ꝑrogatiua. Quantū em̄ chri- G
ſti poteſtas poſſit mundi oſtendit vniuerſi- Ca.5.
tas: quantū gratia marię monſtrat integri
tas. Quę ſicut diuerſa eſt a natura: ita di-
uerſa eſt ab vſu. Quid ergo? Si in tanta di-
uerſitate dicimus eā humanę ſortis mortē
ſubijſſe: nec vinculis eiꝰ retineri: ꝑ quā deꝰ
voluit naſci: ⁊ carnis ſubſtantiā cōmunica-
re: nūquid impiū erit? Scimꝰ em̄ ieſum om
nia poſſe: qui de ſeipſo ait: Data ē mihi om Matth.18.
nis poteſtas in cęlo ⁊ in terra. Si ergo vo-
luit integram matrem cū virginitatis ſerua
re pudore: cur nō velit incorruptā a putredi
nis ſeruare fętore? Dicat qui cognouit ſen- Ro.11
ſum domini: ⁊ qui conſiliarius eiꝰ fuit: Nū-
quid nō ꝑtinet ad benignitatē dn̄i matris
ſeruare honorem: qui legem ſoluere nō ve- Matth.5.
nerat ſed adimplere. Lex em̄ ſicut honorē Exo.20.
matris ꝑcipit: ita inhonorationē damnat.
Qui em̄ in vita ꝑ cęteris illā gratia ſui ꝯce-
ptꝰ honorauit: pium credere ē ſingulari ſal-
uatione eā in morte ⁊ ſpeciali gr̄a honoraſ-
ſe. Potuit em̄ eam tā a putredine q̄ a pul- H
uere alienam facere: qui ex ea naſcens vir- Ca.6.
ginem eā potuit relinquere. Putredo nā-
q̄z ⁊ vermis opprobrium eſt humanę cōdi-
tionis: a quo opprobrio cum ieſus ſit alie-
nus: natura marię excipit̄ quā ieſus de ea
aſſūpſiſſe ꝓbat̄. Caro em̄ ieſu caro marię ē:
et multo ſpecialius q̄ ioſeph iudę cętero-
rūq̄z fratrum eius quibus dicebat: Frater Geñ.37.
em̄ ⁊ caro noſtra eſt. Caro em̄ chriſti quāuis
gloria reſurrectionis fuerit magnificata: et
potent̄ ſuꝑ omnes cęlos aſcenſione glorifi-
cata: eadē tamen carnis manſit ⁊ manet na
tura quę aſſumpta eſt de maria. Ipſe enim
eſt qui conceptus ⁊ genitus atq̄z a mortuis
ſuſcitatus eſt ꝑ gloriam patris: ſicut ꝓfecto
ipſe teſtat̄ poſt reſurrectionē: quando apo-
ſtolis dixit: Videte manus meas et pedes Luc.24
meos quia ego ipſe ſum. Quid em̄ ē: Ipſe
ego ſum: niſi quia alter nō ſum: q̄ qui tunc
eram quādo paſſus ſum? Hoc ſiquidem co
gnoſcere poteſtis: q̄ i manibꝰ ⁊ pedibꝰ meis

Act.1. clauorum vulnera cognoſcitis. Ipſe ergo
idemq; celos aſcendit: ⁊ carnem quã de ma
tre ſuſcepit ſup aſtra tranſuexit: honorans
omnẽ humanã naturã: ⁊ multomagis ma-
ternam. Si igit natura matris eſt filius: cõ
(nota) ueniẽs eſt vt ſit ⁊ filij natura mater: nõ quã
tum ꝑtinet ad equam adminiſtrationẽ: ſed
quantũ ꝑtinet ad eandem reciprocã ſubſtã
tiam: vt homo de homie: caro de carne: ma
ter a filio: filiꝰ a matre: nõ ad vnitatẽ ꝑſone
ſed ad vnitatẽ corpalis nature ⁊ ſubſtãtie.
I Si eñ vnitatẽ facere põt gratia ſine ꝓpri-
Ca.7. etate ſpecialis nature: quãtomagis vbi gra
tie vnitas ⁊ corporis ſpecialis ẽ natiuitas.
Unitas nãq; gratie eſt: vt diſcipulorum in
Joh.17. chriſto de quibus ipſe dixit: Pater ſancte:
ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi
vt ſint vnum ſicut ⁊ nos. Et item de omni-
bus iuſtis: Nõ autẽ ꝓ his rogo tantũ: ſed ⁊
ꝓ eis qui credituri ſunt per verbum eorum
in me: vt omnes vnum ſint ſicut ⁊ tu pater
in me: ⁊ ego in te: hoc eſt vt ipſi ſint ꝑ gratiã
quod nos ſumꝰ ꝑ diuinitatis naturã. Hec
quippe gratie vnitas que cunctis in chri-
ſtum credentibus ſeruat: ſi marie nec minꝰ
ſapientiũ eſtimatione non tollitur: quanto
magis cũ gratie vnitate ipſa ſpecialitas na
ture efficit vnum matrẽ ⁊ filium: filiũ ⁊ ma-
trem? Uidẽdũ etiam eſt qd de his quos ſe
cum ꝑ gratiam vnũ eſſe voluit cõſequẽter
adiungit. Ait eñ: Pater quos dediſti mihi
volo vt vbi ego ſum ⁊ illi ſint mecum: vt vi
deant claritatẽ quã dediſti mihi. O magnã
⁊ ineſtimabilẽ bonitatem dei: qui ſecũ ſuos
habere in gloria vult vt ſua claritate fru-
ant: qui hic ſua fide iuncti: vnũ cum eo eſſe
digni iudicant. Si ğ ſecũ eos habere vult:
atq; hoc poteſt qui omnia poteſt: quid eſti
mandum eſt de matre vbi digna ſit habe-
K ri ſi non in ꝑſentia filij? Quantum igit con-
Ca.8. tueor: quantum intelligo: quantumq; cre-
do: marie anima claritate chriſti fruit: ⁊ glo
rioſis conſpectibus eius ſemper inherere ſi
tiens ⁊ ſemꝑ conſpiciens: dum ineſtimabili
ter paſcitur: excellẽtiori quadã ſpecialiq; ꝑ-
rogatiua a filio honorat: poſſidens in chri-
ſto corpus ſuum qꝺ genuit glorificatum in
dextera patris: ⁊ ſi nõ ſuum ꝑ quod genuit:
tamen ſuũ quod genuit. Et quare nõ ſuum
per qꝺ genuit? Si nõ obuiauerit necdũ ꝑ-
ſpecta auctoritas: vere credo ⁊ per quod ge
nuit: quia tanta ſanctificatio dignior celo ẽ

q̃ terra: Thronum dei: thalamum celi do-
mini: tabernaculum chriſti: dignum eſt ibi
eſſe vbi ipſe eſt. Tam ꝓcioſum theſaurũ di-
gnius eſt celum ſeruare q̃ terram: tantã in-
tegritatem merito incorruptibilitas nõ pu-
tredinis vlla reſolutio ſequit. Illud ergo ſa
cratiſſimũ corpus de quo chriſtus carnẽ aſ-
ſumpſit ⁊ diuinã naturã humane vniuit: nõ
amittens quod erat: ſed aſſumẽs quod nõ
erat: vt verbum caro: hoc ẽ deus homo fie- Joh.1.
ret: eſcam vermibus traditum: quia ſentire
non valeo: dicere pertimeſco: in cõmuni ſor
te putredinis futurũ de vermibus pulue-
rem. De quo ſi nihil aliud ſentirem q̃ de ꝓ-
prio: nihil dicerẽ niſi quẽadmodũ de ꝓprio:
qꝺ abſq; vlla ambiguitate ſoluẽdum eſt in
mortem: poſt mortẽ eſt futura putredo: poſt
putredinem vermis: poſt vermẽ vt dignũ
eſt abiectiſſimus puluis. Quod de maria
credẽdum nõ videt conſentibile: quia eſti-
mationem procul pellit munus incompa-
rabilis gratie. Quod me dicere multarũ cõ L
ſideratio rerũ inuitat: q̃rũ ⁊ illa q̃dã eſt quã Ca.9.
ſuis aliquãdo miniſtris ipa veritas ait: Qui Joh.12.
mihi miniſtrat me ſeqt: ⁊ vbi ego ſũ: illic et
miniſter meus erit. Si eñ hec eſt genera-
lis ſententia omnium ꝑ fidem ⁊ piam ope-
rationem chriſto miniſtrantium: quãtoma
gis quodãmodo ⁊ ſpecialiter marie. Ma-
riã namq; operis exhibitione ⁊ fidei fidiſſi-
ma veritate miniſtrã chriſti fuiſſe oĩs q ſane
ſapit intelligit. Abſq; dubio eñ opere ad-
miniſtratrix extitit: que hũc in vtero geſſit Luc.1.et.2.
partuq; ꝓfuſũ aluit ⁊ fouit: atq; vt euange
lium refert: i ꝑſepe reclinauit: ⁊ a facie hero
dis fugiens in egyptũ abſcondit: ⁊ omnem
infantiã eiꝰ pio ꝓ matris affectu eſt ꝓſecu-
ta: ita vt vſq; ad crucẽ in qua filiũ vidit pẽ- Joh.19.
dentem iam virũ ꝑfectum: ab eius indubi-
tanter nõ receſſerit cõſectatu: non ſolũ greſ
ſibus pedum tanq; pro reuerentia dei: ve-
rũetiam ⁊ imitatiõis affectu. Maria ergo
miniſtratrix chriſti ſpiritalium operũ quali
tatibus: ſicut deuotiſſima extitit: ita abſq;
dubio religiõis fide ⁊ vere credulitatis cha-
ritate ſecutrix fuit. Non eñ potuit eiꝰ diui-
nitatis nõ eſſe credula: que ſe nouerat hũc
nõ virili ſemine ſcðm ordinẽ nature: ſed di Luc.1.
uino ſpiramine nunciante archangelo cõce
piſſe: videns ſemper famulantiũ angelorũ
ei adeſſe frequentiam vt naſcituro ⁊ nato:
quãdo videlicet facta eſt cum angelo multi

tudo cęleſtis exercit⁹ clamātiū et dicētium:
Luc.2. Gloria in excelſis deo: ⁊ ī terra pax homini/
bus bonę voluntatis: ⁊ in egyptū fugituro
atq; inde iterū redituro. Quib⁹ liquido co
gnoſcere potuit: quia talia obſequia nō niſi
Matth.2. deū decuerāt. Unde ⁊ ſtellę annūciatio: et
magorum de longiſſimis partibus inſpera
ta adductio ꝙ maximū illi extitit indicium
Luc.2. veritat᷑. Similiter ⁊ ſimeonis ⁊ annę ꝓphe
tali dignitate inſolit⁹ cętus: ⁊ huic ſpecialis
occurſus: Quę omnia ꝓcul dubio maria cō
ſeruās his cūctis altius ad fidem roborata
pio corde cōferebat: intantū vt omnino nō
nutabunda: ſed certa de filij ptāte tanꝙ de
Joh.2. dei virtute vera deficiente in nuptijs vino
dixerit: q꞉ vinū nō habent: ſciens plane illū
hoc potuiſſe qḋ eū mox cōtigit diuio mira/
culo cōpleuiſſe. Ecce igit᷑ maria fide et ope
chriſti miniſtratrix: ⁊ deuota vſq; ad mortē
eius ſecutrix: nō plus greſſu ꝙ imitatiōis:
vt credendū eſt: affectu: ſi ibi nō fuerit vbi
chriſtus ſuos miniſtros vult eſſe: vbi ergo
erit? Et ſi ibi: nunquid ęquali gratia? Et ſi
Matth.16. non ęquali: vbi ęqua dei cenſura quę vni/
cuiq; reddit ſcōm ſua merita? Si ergo me/
rito pręomnibus marię viuenti donata eſt
gratia: mortuę erit minuēda? Abſit: Quia
ſi omnium ſanctorū mors eſt precioſa: ma/
rię ſane eſt precioſiſſima: quam tanta comi
tata eſt gratia: vt mater dei dicatur et ſit.
¶ Conſideratis igitur vniuerſis: vera ratio/
Ca.10. ne cenſeo confitendum mariā in chriſto et
apud chriſtum eſſe. In chriſto: q꞉ in ipſo vi
Actu.17. uimus: mouemur et ſumus. Apud chriſtū
glorioſe ad ęternitatis gaudia aſſumptam
benignitate chriſti et honorate ſuſceptam
pręcęteris quam gratia honorauit pręcęte/
ris: atq; ad communem humilitatem non
eſſe adductam poſt mortem putredinis vi/
delicet vermis ⁊ pulueris: quę ſuum ⁊ om/
Luc.21. nium genuit ſaluatorem. In cuius ſi pote/
ſtate eſt ſanctorum de capite capillum non
perire: eſt ⁊ illam anima ⁊ corpore integrā
poſſe ſeruare. De cuius poteſtate ſi nullus
dubitat eccleſiaſticorum quin poſſit matrē
ſine corruptione in perpetuum ſeruare: cur
dubitandum eſt voluiſſe qḋ attinet ad tan
tam benignitatis gratiā? Si elegit diuina
voluntas ſola gratia inter crepidātes vehe
Daniel.3. mentiū igniū flammas non ſolum puerorū
corpora ſeruare illęſa: verūetiam veſtimen/

ta ſeruare inuſta: cur abnuat ī matre ꝓpria
qḋ elegit in veſte aliena? Jonam ſeruare in Jone.2.
ventre ceti ꝑter naturalē vſum voluit incor
ruptū ſola miſericordia: mariā incorruptā
ꝑter naturā nō ſeruabit gratia? Seruatus
eſt daniel datus ītemperatiſſimę fami leo/ Daniel.6.
nū: nō ſeruanda eſt maria tātis donata me et.14.
ritis dignitatū? Hęc cuncta quę diximus: q꞉
naturā ſeruantia nō cognoſcimus: in marię
integritate plus potuiſſe gratiā ꝙ naturā
nō dubitam⁹. Diuinitatis eīm opa ſūt quę
dicimus: ⁊ ideo poſſibilia: q꞉ omnipotētia.
Chriſtus ergo dei virtus ⁊ dei ſapiētia cui⁹ 1.Corī.1.
ſunt omnia q̄ patris ſunt ⁊ velle: Uelle aūt
omnia quę ſunt iuſta ⁊ digna: ⁊ ꝑ hoc vidē/
tur digna: lętari facit mariā lęticia inenar/
rabili anima ⁊ corpore in ꝓprio filio cū ꝓ/
prio filio ꝑ ꝓpriū filiū: nec vllam ſequi de/
bere corruptionis erumnā quā nulla ſecuta
eſt tantum filiū parturiēdo integritatis cor
ruptio: vt ſit ſemꝑ incorrupta quā tanta ꝑ/
fudit gratia: ſit integraliter viuens quę om
niū integrā ꝑfectāq; genuit vitam: ſit cum
illo quē in ſuo geſſit vtero: ſit apud illū illa
quę genuit: fouit ⁊ aluit illum: maria dei ge
nitrix: dei nutrix: dei miniſtratrix et dei ſe/
cutrix: de qua vt iam dixi: quia aliter ſenti/ ¶
re nō audeo: aliter dicere nō ꝑſumo. Suſci/ Ca.11.
piat igit᷑ hūc ſenſum fraterna charitas: ſm
qḋ ſpirit⁹ chriſti inſpirauit. Oſtēſa ſunt ex
parte quę taliter hortata ſūt me dicere. Si
quis autē refragare his elegerit: cū dicere
nō velit hoc nō poſſe chriſtum: ꝓferat qua/
re nō conueniat velle: ac ꝑ hoc non eſſe. Et
cum ſe veraciter cōſiliū dei de his noſce ma
nifeſtauerit: incipiā credere: de quib⁹ aliter
nō poſſum ſentire. Mirabor illum altitudi
nem cōſilij diuini inueſtigaſſe: quā me cum
apoſtolo digna reuerētia videor debere ad
mirari dicente: O altitudo diuitiarū ſapiē/ Ro.11.
tię ⁊ ſcientię dei: ꝙ incōprehēſibilia ſunt iu
dicia eius: ⁊ inueſtigabiles vię eius. Et q꞉
ſcōm eūdem apoſtolum: ex parte cognoſci/ 1.Corī.13.
mus ⁊ ex parte ꝓphetamus: dixi de his: et
ſi nō quantū eſt: tamen quēadmodum me
dicere debuiſſe credidi. Si ergo vera ſunt q̄
ſcripſi: tibi gratias ago chriſte: quia de ſan/
cta ꝟgine matre tua niſi qḋ pium: dignū ⁊
iuſtum eſt ſentire nō potui. Si ergo dixi vt
debui: approba chriſte tu ⁊ tui. Si autē nō
vt debui: ignoſce obſecro tu ⁊ tui: Qui cū

deo patre et ſpiritusancto viuis ⁊ regnas
deus ꝑ omnia ſecula ſeculorum Amen.

Ser. XXXV. **In eodem feſto: Sermo II**

A a Adeſt nobis dilectiſſimi fratres di
es valde venerabilis: dies omni-
um ſanctorum ſolẽnitates pręcel-
lens. Adeſt inquã dies indyta: dies ꝓcla-
ra: dies in qua e mũdo migraſſe creditur
virgo maria. Et ideo laudes intonet vni-
uerſa terra cum ſumma exultatione tan-
tę virginis illuſtrata exceſſu: qꝛ indignum
valde eſt vt illiꝰ recordationis ſolennitas
ſit apud nos ſine maximo honore: ꝑ quã
meruimus auctorem vitę ſuſcipere. Sa-
tiſqꝫ prępoſterum iudicandum eſt: vt cũ
ſanctorum celebramus victorias marty-
rum: illius ſolennitatem illis non pręfera
mus quę huic mundo edidit principem
martyrum. In hac ſiquidem die compe-
tenter ſpõſo illi cęleſti ꝓclamat beata vir
Pſ. 72. go: Tenuiſti manum dexteram meã: ⁊ in
voluntate tua deduxiſti me: ⁊ cum gloria
aſſumpſiſti me. Hodie inquã ⁊ ipſa a ſpõ
Cant. 2. ſo filio et domino congrue audiuit: Iam
hyems trãſijt: imber abijt ⁊ receſſit: Sur-
ge proxima mea: ſpõſa mea: colũba mea
B ⁊ veni. Hęc ideo dicimus fratres: quia ſi-
cut iam in conſuetudinem ſuſcepit eccle-
ſia: hodierna die ad cęlos aſſumpta fuiſſe
creditꝰ virgo maria. Sed quo ordine hinc
ad ſuperna tranſierit regna: nulla catho-
lica narrat hiſtoria. Non ſolum autem
reſpuere apocripha: verũetiã ignorare di-
citur hęc eadem eccleſia. Siquidem ſunt
nõnulla ſine auctoris nomine de eius aſ-
ſumptione cõſcripta: quę vt dixi ita cauẽ
tur: vt ad confirmandam rei veritatem le
gi minime ꝑmittantur. Hinc ſane pulſan
tur nõnulli: quia nec corpus eius in terra
inuenitur: nec aſſumptio eius cum carne
vt in apocripha legitꝰ: ĩ catholica reperitꝰ
hiſtoria. Quibus dicendum eſt: quia ſi
Deut. 34. moyſi corpus nõ inuenitur ab homine in
Exo. 33. terris cum quo locutus eſt deus facie ad
faciem: illius quęrere dementię eſt: ꝑ quã
idem maieſtatis deus incarnatus efful-
ſit in terris. Neqꝫ eñ dignum eſt de cor-
poris eius noticia ſollicitũ quẽpiam eſſe:
quã nõ dubitat ſuper cęlos eleuatam cũ
chriſto regnare. Sufficere debet tantum
noticię humanę hanc vere fateri reginã
cęlorum: pro eo ꝙ regem peperit ange-
lorum. Sed nec inuenitur apud latinos C
aliquis tractatorum de eius morte quip-
piam dixiſſe aperte. Nã illũ euãgelij ver-
ſiculũ quem ſimeon dixit ad domini ma-
trem: Et tuam ipſius animã pertranſibit Luc. 2.
gladiꝰ: beatę recordationis ambroſiꝰ cũ
tractaret: ait: Nec hiſtoria nec littera do-
cet mariam gladio vitam finiſſe. Hinc et
Iſidorus: Incertũ inquit ꝑ hoc dictum
vtrum gladium ſpiritus an gladiũ ſignifi
cet perſecutionis. Et quid de his de qui-
bus loquor dicam: cum nec ipſe qui hanc
accepit ante crucem domini in ſua: id eſt Ioh. 19.
iohannes euãgeliſta de hoc poſteris ali-
quid retinendum ſcriptis mandauerit?
Nullus enim hoc fidelius narrare potuit
ſi illud deus manifeſtare voluiſſet: ꝙ il-
le vtiqꝫ qui hãc nutriendam ſuſcepit: nec
contra morem filius matrem reliquit. Re
ſtat ergo vt homo mendaciter non fingat
apertum quod deus voluit manere occul
tũ. Vera autẽ de eius aſſumptione ſentẽ
tia hęc eſſe probatꝰ: vt ſcđm apoſtolum: 2. Cor. 12.
ſiue in corpore ſiue extra corpus ignoran-
tes: aſſumptã ſuper angelos eam eſſe cre
damus. His igitur pręmiſſis: loquamur D
aliquid in laudibꝰ ſacratiſſimę virginis.
Sed quid nos tantilli: quid actione pu-
ſilli: quid in eius laudibus referemus: cũ
et ſi omnium noſtrum membra verteren-
tur in linguas: eã laudare ſufficeret nul-
lus? Altior cęlo eſt de qua loqmur: abyſ-
ſo ꝓfundior cui laudes dicere conamur.
Hęc eſt enim quę ſola meruit mater ⁊ ſpõ
ſa vocari. Hęc primę matris damna reſol
uit: hęc homini perdito redẽptionem ad-
duxit. Mater enim generis noſtri pęnã Gen. 3.
intulit mundo: genitrix domini noſtri ſa- Luc. 2.
lutem edidit mũdo. Auctrix peccati eua: E
auctrix meriti maria. Eua occidendo ob-
fuit: maria viuificando profuit. Illa per-
cuſſit: iſta ſanauit. Hęc eñ mirabili atqꝫ
ineſtimabili modo omniũ rerũ ⁊ ſuũ pe-
perit ſaluatorẽ. Quę hęc virgo tã ſancta
ad quã venire dignaretꝰ ſpiritusſanctus?
Quę tam ſpecioſa: vt eam deꝰ ſibi elige-
ret ſpõſam? Quę tam caſta vt eſſe poſſet
virgo poſt partum? Hęc eſt dei templum:

Cant.4. fons ille ſignatꝯ: ⁊ porta i domo dei clau
Ezech.44. ſa. Ad hanc nãq; vt dixi ſpirituſſanctus
deſcendit: hanc virtus altiſſimi obumbra
F uit. Hec eſt immaculata coitu: fecũda par
tu: virgo lactãs: angelorum ⁊ hominum
cibum nutriẽs. Merito namq; beata ſin
gulari a nobis ꝓconio extollitur: que ſin
gulare cõmertium mundo ꝑbuit. Deniq;
tantũ ſe ad celi faſtigia ſubleuauit: vt ver
bum in principio apud deum: de ſupna
celi arce ſuſciperet. O felix maria: ⁊ omni
laude digniſſima. O virgo dei genitrix
glorioſa: o ſublimis puerpera: cuiꝯ viſce
G ribus auctor celi terreq; cõmittitʳ. O feli
cia oſcula lactẽtis labijs impreſſa: cũ in
ter crebra indicia reptantis infantie: vt
Luc.2. pote verus ex te filius tibi matri allude
ret: cũ verus ex patre dominus impera
ret. Nam auctorem tuũ ipſa concipiens
edidiſti in tempore puberem quẽ habe
bas ante tempora conditorẽ. O felix pu
erperium: letabile angelis: optabile ſan
ctis: neceſſarium perditis: cõgruum ꝓfli
gatis. Qui poſt multas aſſumpte carnis
iniurias: ⁊ ad vltimũ verberatus flagris:
Matth.27. potatus felle: affixus patibulo: vt te ve
ram matrem oſtenderet: verum ſe homi
H nem patiendo monſtrauit. Sed quid di
cam pauper ingenio: cum de te quicquid
dixero minor laus eſt q̃ dignitas tua me
retur? Si celum te vocẽ: altior es. Si ma
trem gentium dicam: ꝑcedis. Si formam
dei appellem: digna exiſtis. Si dominã
angelorum vocitem: per omnia te eſſe ꝓ
baris. Quid ergo de te digne dicã: quid
referam: cum non ſufficiat lingua carnis
tuas enarrare virtutes? Has interim lau
des ſileat lingua carnis: quas ſemꝑ ardẽ
ter ꝓfert anima: Nũc noſtras peto vt au
res doctrinarum tuarũ demulceas orga
nis. Plaudat nunc tympanis ſcena tuis
⁊ veloces articulos puerpere cõcrepent.
Concinant letantes chori: ⁊ alternantibꝯ
modulis dulciſona carmina miſceantur.
Audiamus fratres: audiamꝯ pio mentis
affectu: audiamꝯ quẽadmodũ tympani
ſtriarum doctrinis cõcrepet beata virgo
I maria. Audiamꝯ inquã: ⁊ huic harmonie
moribus reſpondeamus. Deniq; cũ hec
mulier beatiſſima ab angelo iam ſaluta
ta: ſpiritusſancto repleta: plenitudine di
uinitatis afflata: ad heliſabet veniſſet co
gnatam: poſt exultationem iohannis in
vtero mrĩs: hec dño decãtauit cãtica lau
dis: Magnificat aĩa mea dñm: Et exulta Luc.1.
uit ſpũs meꝯ in deo ſalutari meo. Primo K
igitʳ in hoc loco querẽdũ ẽ: q̃d ſit magnifi
care dñm: Nec; eñ magnꝯ fit a creatura
creator. Sed ſciendũ nobis eſt duobꝯ mo
dis dici magnificari: id eſt aut magnũ fa
cere: aut magnum adorare: magnum ad
mirari. Magnificatʳ enim deus a nobis:
cum magnificari dignatur a nobis. Sed
nunquid ſic in nobis ſicut in beata maria
eandem carnem aſſumpſit ꝓ nobis? Aue
inquit ad eam angelus gratia plena: do
minus tecum: benedicta tu inter mulie
res. Spirituſſanctus ſuperueniet in te: ⁊
virtꝯ altiſſimi obumbrabit tibi: Ideoq;
quod naſcetʳ ex te ſanctum: vocabitur fili
us dei. Quecunq; tamen anima ſancta
verbum concipere poteſt credendo: pare
re ꝑdicando: magnificat amando. Unde
⁊ dauid ꝓpheta dicit: Magnificate do Ps.33.
minum mecum: ⁊ exaltemus nomen eius
in inuicem. Ac ſi diceret: Magnitudinẽ
dñi mecũ predicate: ⁊ nominis eius ꝑco
nia magna voce attollite. Hinc iterum di
cit: Domine deus meus: magnificatꝯ es Ps.103.
vehementer. Unde autem magnificetur
in nobis iſdem ꝓpheta ait: Magnificata Ps.56.
eſt vſq; ad celos miſericordia tua. Hinc L
namq; optandum eſt in ſingulis: vt no
ſtra anima magnificet dominum: cõcipi
at dei verbum: pariat ⁊ nutriat: recordetʳ
ſaluationis ſue pia cõmertia: quomodo
nullis ſuis ꝑcedẽtibus meritis ſit ab ini
quitate ſaluata: ſed ſola dei bonitate gra
tuita chriſti ſanguine redempta et dicat:
Magnificat anima mea dominum. Sic Luc.1.
eñ deꝯ dilexit mũdũ: ait euãgeliũ: vt fili Joh.3.
um ſuum vnigenitum daret. Hinc nãq;
⁊ apoſtolus: Qui proprio inquit filio nõ Ro.8.
pepercit: ſed pro nobis tradidit illum. O
mire pietatis affectus: o ineſtimabilis ar
dor charitatis: Quis ante tante pietatis
diuitias non obſtupeſcat? Quis ante tã
ineffabilem charitatem non contremiſ
cat? Quis vnquam poſſet ſperare: vt ex
deo ante tempora natus: naſceretur pro
hominibus in tempore ex femina homo
factus? Unde ſcriptum eſt: Cum venit Gal.4.

plenitudo temporis: miſit deus filium ſu
um factum ex muliere: factum ſub lege:
vt eos qui ſub lege erant redimeret: vt
adoptionem filiorum reciperem⁹. Quis
inquã poſſet eſtimare: vt portaretur ma
nibus femineis portator orbis: panis an
gelorum aleretur: virtus celorum infirma
retur: vita omnium moreretur? Magni
ficet ergo in his anima glorioſiſſime ma
M rie dominum: magnificet et noſtra. Ad
miremur: gratulemur: amem⁹: laudem⁹:
adorem⁹: gratias illi agamus: qm̄ ꝑ eiuſ
dem redemptoris noſtri mortem de tene
bris ad lucem: de morte ad vitam: de cor
ruptione ad incorruptionem: de exilio ad
patriam: de luctu ad gaudium de terris
ad celeſte regnum vocati ſumus. Qua
liſcunq̧ igitur anima ſancta talibus fue
rit incitamentis occupata: nihil concupi
ſcit terrenum: nihil tranſitorium: nihil qđ
ad tempus arridet: nihil quod ad p̄ſens
delectat. Hec riſum luctum computat: et
gaudium in merorem cõmutat: cui mun
dus carcer: celumq̧ habitatio eſt: Cui ex
ultatio de p̄ſentibus nulla eſt: quia in il
lo tantum gaudere appetit: qui ſuper om
N nes eſt. Unde in ſancto cantico cum di
Luc.1. ceret v̄go glorioſa: Magnificat aīa mea
dominum: Et exultauit ſpiritus meus: ſi
gnãter addidit: In deo ſalutari meo. Ac
ſi diceret: Anima mea que magnificat do
minum: nõ in quolibet alio ſed in illo tã
tum exultat: quem amando magnificat.
Nouerat enim eſſe aliam vituperabilem
exultationem: qua mundus gaudere di
citur tendens ad luctum. Et de qualibus
Prouer.2. ſalomon ait: Letãtur cum male fecerint:
et exultant in rebus peſſimis. Hinc ⁊ apo
Phil.4. ſtolus non quodlibet gaudium in ſancto
rum cordibus eſſe deſcribit: ſed in ſpiritu
Pſ.32. ſancto. Hinc dauid cum diceret: Gaude
te iuſti: ſubiunxit: In domino. Hinc cum
Pſ.70. domino diceret: Gaudebunt labia mea
dum cantauero: addidit: Tibi. Hac enim
exultatione nullus eorum gaudet: quiſ
quis de preſentibus tantum exultat eter
niſq̧ bonis intereſſe non concupiſcit: cui
exilium patria eſſe creditur: et mors vita
Phil.3. eſtimatur: cui deus venter eſt: et ornatus
non in moribus ſed in actu eſt: qui cum
laudatur extollitur: ⁊ cum vituperat⁹ fue
rit magnis iracundie ſtimulis agitat̄: qui
cum manſuetis nõ humiliatur: ſed in ſu
perbie faſcibus eleuatus ceteros quaſi ex
alto montis ſupercilio cõtemplatur. Sed
quis hec ad plenum ita poteſt calcare: vt
ab hac exultatione hiſdem vitijs interpel
lantibus nec ad momentum ſe credat ab
ſtrahi: cum ſcriptura pronũciet: Corpus Sap.9.
qđ corrumpitur aggrauat animam: ⁊ de
primit terrena inhabitatio ſenſum mul
ta cogitãtẽ? Ingemiſce ergo o ſancta ani
ma quecunq̧ in domino exultas: ⁊ quo
tiẽs te ab hac exultatione abſtractã vide
ris eſſe: dicito: Ne proijcias me dñe a fa Pſ.50.
cie tua: ⁊ ſpiritum ſanctum tuum ne aufe
ras a me. Redde mihi leticiam ſalutaris
tui: et ſpiritu principali confirma me. Et O
hic attentius intuere: quã exultationem
petierit. Quod enim hebraice ieſus: hoc
latine ſalutaris dicit̄. Que enim hec leti
cia eſt ieſu: niſi contemplatio eius: qualis
venturus eſt in gloria ſua? Sciendum ve
ro eſt: quia illi tunc hac claritate potient̄:
qui hic poſiti redẽptoris ſui veſtigia imi
tantur. Et quidem dominum ieſum legi Ioh.11.et.4.
mus doluiſſe: fleuiſſe: ex itinere fatiga
tum fuiſſe: opprobria ⁊ iniurias ſuſtinuiſ Matth.27.
ſe: ſputa: flagella: crucem ſuſcepiſſe: nun
quã tñ legimus eum riſiſſe: proſperatum
in terra fuiſſe. Hinc plane: hinc in ſpe gau
dent omnes electi: cum ceperint aduerſi
tatibus mundi fatigari: ⁊ nullis eius pro
ſperitatibus fallaciter decipi: ſcientes ali
am vitam ſupereſſe ꝑ quã poſſint celos
penetrare. Hinc eſt quod iſdem domin⁹
ait diſcipulis ſuis: Beati eſtis cum male Matth.5.
dixerint vobis hoĩes: et ꝑſecuti vos fue
rint: et dixerint omne malũ aduerſũ vos
mẽtiẽtes ꝑpter me. Gaudete in illa die et
exultate: ecce enĩ merces veſtra multa eſt
in celis. Sed ĩ his p̄ſſuris atq̧ anguſtijs
nequaq̄ poſſent ſubſiſtere: ⁊ qđ his mai⁹
eſt gaudere: niſi veraciter in cõſpectu dei
et hominum humiles eſſent. Quibus do
minus eorum ait: Diſcite a me quia mi Matth.11.
tis ſum et humilis corde: et inuenietis re
quiem animabus veſtris. Hinc iterum di
cit: Beati mites: quoniam ipſi poſſide Matth.5.
bunt terram. Hinc etiã hec virgo glorioſa

beatam ſe dici ab omnibus generationi-
bus manifeſtat: eo qđ eius humilitatem
P deus reſpexit. Nã ſubdit: Quia reſpexit
Luc. 1. humilitatem ancillę ſuę: ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes generationes.
O vere beata humilitas: quę deũ homi-
nibus peperit: vitam mortalibus edidit:
cęlos innouauit: mũdum purificauit: pa-
radiſum aperuit: ⁊ hominum animas ab
inferis liberauit. O inquã vere glorioſa
marię humilitas: quę porta paradiſi effi-
citur: ſcala cęli cõſtituitur. Facta eſt certe
humilitas marię ſcala cęleſtis: ꝑ quã de-
ſcendit deus ad terras. Quia reſpexit in-
quit humilitatem ancillę ſuę: ecce enim
ex hoc beatam me dicent omnes genera-
tiones. Et quid eſt dicere: Reſpexit: niſi
comprobauit: placuit ei humilitas mea?
Eſa. 66. Unde per ꝓphetam dominus dixit: Ad
quem reſpiciam: niſi ad pauperculum ⁊
humilem et trementem ſermones meos?
Ps. 50. Hinc dauid domino dicit: Quia reſpexi-
ſti humilitatem meã: ſaluaſti de neceſſita-
tibus animam meam. Multi ſiquidem
videntur in cõſpectu hominum humiles
eſſe vt ab eis beatificentur: ſed eorum hu-
militas a domino non reſpicitur: quia fal-
ſo et non vere de humilitate gloriantur.
Si enim veraciter humiles eſſent: deum
ab omnibus et nõ ſe vellent laudari. Nõ
in hoc mundo eorum ſpiritus exultaret:
ſed in deo ſalutari. Humilitatem ſuã non
ab hominibus conſpici: ſed a deo opta-
Q rent. Sequit̃ in hoc ſancto cantico: Quia
Luc. 1. fecit mihi magna qui potens eſt: et ſan-
ctum nomen eius. Quę tibi magna fecit
domina: quę glorioſa virgo vt dici beata
merearis? Puto eñ immo veraciter cre-
do: vt creatura ederes creatorem: famula
dominũ generares: vt per te deus mũdũ
R redimeret: per te illuminaret: ꝑ te ad vitã
reduceret. Hucuſq; virgo beata de te ipſa
quę nos ad amorem dei accenderẽt: fideli-
ter ꝓtuliſti: ea vero quę ſequũt̃ humano
generi prophetaſti. Meum autem votũ
extitit ea tantũ inde tranſcurrere: quę ad
tui laudẽ nominis pertinebant. Sed hęc
quę de te ipſa narraſti: neq; tu vt digni-
tas tua meretur dicere potuiſti. Quas er-
go tibi laudes fragilitas humani gene-
ris perſoluet: quę ſolo tuo commertio re-
cuperandi aditum inuenit? Accipe itaq;
quaſcunq; exiles: quaſcunq; meritis tuis
impares gratiarũactiones: ⁊ cũ ſuſcepe-
ris vota: culpas noſtras orando excuſa.
Admitte noſtras preces intra ſacrarium
exauditionis: ⁊ reporta nobis gratiam re-
cõciliationis. Sit ꝑ te excuſabile: quod ꝑ
te ingerim⁹: Accipe quod offerimus: im-
petra quod rogamus: excuſa quod time-
mus: quia nec potiorem meritis inueni-
mus q̃ͅ te ad placãdã irã iudicis: quę me-
ruiſti eſſe mater redẽptoris ⁊ iudicis. Suc-
curre ergo miſeris: iuua puſillanimes: re-
foue flebiles: ora pro populo: interueni ꝓ
clero: intercede pro monachorum choro:
exora pro deuoto fęmineo ſexu. Sentiãt
omnes tuum leuamen: quicunq; deuote
celebrant tuum nomen. Sit tibi compaſ-
ſio ſuper afflictis: ſit pius affectus ſuper
cęlorum peregrinis. Et cum te lętãtẽ ſem-
per aſpicis: fletus noſtros q̃ſum⁹ ipſa ad
deum admittas: eumq; vt ꝓprium filium
pro nobis interpelles. Nos enim adhuc S
in hac terra affligimur: perſequimur: iniu-
rijs laceſſimur: opprobrijs afficimur: eſu-
rim⁹: ſitimus: ſomnum patimur: in carce-
re retinemur. Tu vero in cęleſtib⁹ regnis
ꝑlata es cunctis virginũ choris: tu agnũ Apoc. 14.
quocunq; precxerit ſequeris. Tu virgine-
os choros et ab incentiuę carnis illece-
bris alienos per albẽtia lilia roſaſq; ver-
nãtes: ad fontes perennis vitę potãdos
inuitas. Tu in illa beatorum fęliciſſima
regna primi ordinis dignitatem adepta
plantis roſcidis oberrans: inter paradiſi
amęnitatem gramineoſq; crocos tenero
poplice pergis: fęliciq; palma violas im-
marceſcibiles carpis. Tu cõcinis ſine fine
choris coniũcta ſummis angelis archan-
geliſq; ſociata indefeſſa voce: ſanctus da-
mare nõ ceſſas. Tu in cubiculo regis bea-
titudinũ gemmis ac margaritis ornata
aſſiſtis. Tibi thron⁹ regi⁹ ab angelis col-
locat̃ in aula ęterni regis: teq; ipſe rex re-
gum vt matrem veram ⁊ decorã ſpõſam
ꝑ omnibus diligẽs amoris amplexu ſibi
aſſociat. Nec mirũ ſi dignet̃ tibi aggaude-
re de⁹ regnãs: quẽ tu paruulũ ex te homi-
nẽ natũ totiẽs oſculata es in terris. Has

ergo tuas felicitates poſſidens conuertere
T ad noſtrarũ miſeriarum ſalutem. Inter hęc
igiẗ fratres cum toto mentis affectu beatiſ
ſimę virginis nos interceſſionibꝰ commit-
tamus: omnes eius patrocinia omni niſu
imploremus: vt dũ nos ſupplici eam obſe-
quio frequentamꝰ in terris: ipſa nos ſedu-
la prece cõmendare dignetur in celis. Necꝫ
eñ dubiũ quę meruit ꝑ liberandis ꝓferre
ꝑcium: poſſe plus omnibus liberatis impẽ
dere ſuffragiũ. Sed quid nobis ꝓdeſt hãc
interpellare vocibꝰ niſi etiã humilitatis eiꝰ
exempla teneamꝰ? Curemus ergo dilectiſ-
ſimi fratres: vt cũ huis diei feſtiuitati inter
eſſe cupimus: veſtimẽtis humilitatis atqꝫ
charitatꝫ induti appareamꝰ. Nõ nos inui-
dia alienę felicitatis torqueat: non ira vſqꝫ
ad diuiſionẽ dilaniet: nõ cupiditas chriſtũ
a nobis excludat: nõ ſeculi triſticia exurat:
nõ ꝓſperitas eius incaute decipiat: nõ lux-
uria inquinet: nõ immunditia polluat: non
elatio corrumpat: nõ ſupbia inflet: vt dum
nos virtutibꝰ ornatos charitate cõiunctos
humilitate fundatos beata dei genitrix ſuę
nos intereſſe feſtiuitati ꝓſpexerit: ardentiꝰ
nobis ſubuenire feſtinet apud filium ⁊ do-
minũ ſuũ ieſum chriſtum: deũ et ſaluatorẽ
noſtrum: qui coronis perennis regni glorifi
cat ſanctos ſuos: ⁊ eſt ęterna laus ⁊ expecta
tio omnibus electis eiꝰ: ipſi gloria: virtus:
poteſtas ęterna: ⁊ nũc ⁊ ſemꝑ ꝑ immortalia
ſecula ſeculorum: Amen.

Item in eodem feſto: Homelia
de eo qđ ſcriptum eſt in euangelio
Luc.10. ſm Lucam: Intrauit ieſus in qđdã
caſtellum ⁊c. quę habeẗ de Verbis
domini.xxvj. et.xxvij.

## De decollatione ſancti Johan-
nis baptiſte.

Sermo XXXVI. In feſto decollationis ſancti Jo
hannis baptiſte: Sermo I

A Hodie dilectiſſimi fratres iohãnis q̃
b dñi ꝓcucurrit aduẽtum natalẽ diẽ
colimꝰ: qđ nulli ſãctorũ meminimꝰ
attributũ. Hodie inquã natalẽ diẽ vnica ac
ſingulari celebritate veneramur. Unde qꝛ
eũ recte extollere nõ valemꝰ humanę vocis

officio: ꝑdicemꝰ dominicę atteſtationis ora
culo: ꝓloquente chriſto: qꝛ inter natos mu- Matth.11.
lierũ maior nõ eſt iohanne baptiſta. Ipſe h
dicit: ⁊ ideo cognoſce magnificentiã laudis
ex dignitate laudãtis: ac ſic dum nemo illo
eſſe maior aſſeriẗ in natis mulierꝫ: daẗ intel
ligi ꝙ iohannes ſupra humanorꝫ fuit men-
ſurã meritorũ. Ego vox clamãtis in deſer- Joh.1.
to. Hoc eſt dicere: Nõ ſum ego verbũ quod
erat in principio deꝰ apud deũ: ſed vox po-
tius: id eſt miniſter ſum verbi vt per me ad
auditus hominũ ſenſuſqꝫ ꝑueniat. Unde
beatꝰ baptiſta pari humilitate ꝓnũciat: Il
lum oportet creſcere: me autẽ minui. Illũ Joh.3.
inquit oportet creſcere: qꝛ ꝑ omnẽ mundũ
chriſti euãgeliũ dilataẗ: me aũt minui quia
iohannis ꝓphetia finiẗ. Illum oportet creſ
cere q̃ erit exaltãdus in cruce: me aũt minui
q̃ ſum trũcãdꝰ ĩ capite. Johãnis eñ ꝓphe
tia finẽ accepit: qꝛ is qui ꝓphetabaẗ adue-
nit. Johannes ergo formã venturi dñi na- B
tiuitate et cõuerſatione ſignauit. Johãnes
naſciẗ de ſene patre: chriſtꝰ ex matre a mũdi Luc.1.
seneſcentis ętate: ętate inquã illa quę erat
fide ⁊ operibus infęcunda. Johãnes venit
deſperata generatione ꝑ ſterilẽ: et chriſtus
